

Continentur hoc volumine.

1. D. Ioh. Musej Animadversiones in Biblia Ernestina contra V. Erbermannum.
2. D. Christianij II Disputationes (1) de Messia adventu in genere (2) de duobus Iudaeorum Messis in specie & M. I. Kunnekenius.
3. D. Ioh. Gerhardi Annotationes in universi Test. N. sub psidio D. I. E. Gerh. & Alberti ad Cap. V. Actor.
4. D. Ioh. Gerhardi Annotationes posthumae in Epistolam ad Colossenses.
5. D. Ioh. Gerhardi Annotationes ad utramque Epistolam D. Pauli ad Timotheum.
6. D. Ioh. Gerhardi Commentarius super Epistolam ad Hebraeos.
7. D. Ioh. Gerhardi Annotationes posthumae in Epistolam Iuda.
8. D. Ioh. Gerhardi Annotationes in Apocalypsin D. Iohannis.
9. Zachariae Hogelij Antipseudirenicon Apocalipticum, sive Ioh. Iuda. Evangelij, N. Test. & N. Test. Danielis 20. & Ioh. Iuda. Evangelij s. Iohannis. 3.

Sammelband

Lf 163.

3. 2

JOHANNIS GERHARDI,
DOCTORIS THEOLOGI, b.m.
ANNOTATIONES
IN
UNIVERSUM
TESTAMENTUM
NOVUM,
Insertis Analectis

JOHANNIS ERNESTI GER-
HARDI, SS. TH. D. & Prof. Publ.

Eodem Praside,

Disputationem ad Cap. V. Actuum Apostolicorum,

Publicæ θεολογικῆς disquisitioni submittit

JOHANNES ALBERTI,

Hildesienfis-Saxo.

Ad d. 10 Jun.

In Auditorio Theologico.

J E N Æ,

Imprimebat GEORGIUS SENGENVALD.

ANNO M.DC.LXV.





V I R I S,

*Nobilissimo, Amplissimis, Consultissimis atque
Prudentissimis,*

DN. JOHANNI BURCHARDO

&

DN. PHILIPPO HERMANNO

**SAUER.
GARTEN.**

nec non

**DN. SEBASTIANO FREESHOE
JSTI,**

Reipubl. Brunsvicens. Syndico

gravissimo,

ILLI,

Reipubl. Magdeburgens. Secretario

Primario dignissimo,

HUIC,

Reipubl. Hildesienf. Camerario

meritissimo.

Dn. Cognatis, Evergetis ac Patronis meis vitam

omnem omnigenâ observantiâ colendis

COMMENTATIONEM HANC

LIBENS. MERITO. D. D. CONS.

Johann Albrecht.



JOHANNIS GERHARDI D.

Annotationes

in Cap. V. Actorum Apostol.

insertis Analectis

JO. ERNESTI GERHARDI D.

RESPONDENTE



JOHANNE ALBERTO, Hildesienfi
Saxone.

v. l.

UT autem quidam Ananias &c. Concurrunt in hoc facto gravissima peccata. I. Dissidentia erga Deum, quasi non possint sustentari absque tali fraudulentia. II. Hypocrisis, volebant videri liberales admodum. III. Mendacium, quia falsò adserunt, se omnem pecuniam ad Apostolos attulisse. IV. Sacrilegium, quia de bonis Deo dicatis aliquid intervertunt. *(Addunt Papicolæ, vid. Card. Bellarm. l. 2. de Monach. c. 5. §. Sexto, Jesuitæ Jacobus Tirinus ac Corn. à Lapide in h. l. quòd ex magnitudine pœne appareat, peccatum Anania majus fuisse simplici mendacio, atque inde porrò inferunt, quòd peccaverit Ananias violatione voti paupertatis. Resp. Ultrò largimur, quòd Ananiæ peccatum gravius fuerit simplici mendacio, fuit enim surreptio rei DEO consecratæ, ac proinde sacrilegium. Nec tamen hinc sequitur, quòd ex paupertatis voto bona sua Ecclesiæ promiserit s.

A conse-

consecrarit. Conf. Athanas. t. I. in Pass. & Crucem Domini p. 783. Cum primis huc facit observatio Thomæ de Vio, Cardinalis Cajetani, teste Jes. Corn. à Lapide negantis, *paupertatis votum tum temporis in usu fuisse*. Receptus quidem in primordiis Ecclesiæ N. T. apud fideles mos, bona s. facultates deponendi ad pedes Apostolorum, minimè verò hoc fine, vel eâ opinione, ut factò solenni voto per illam bonorum depositionem aliquid apud Deum possint promereri, ceu Monachi de suo voto gloriantur, vel etiam, ut ipsi mendicando postea sese sustentarent: Sed ut è collatitiâ pecunia viduis ac pauperibus Christianis recens conversis de victu & amictu prospiceretur. Certè Jesuita Sanctius, ut ut Cardinalis Cajetani sententiam, quòd videl. non propter votum paupertatis, sed ex perfectione saltem charitatis fidelestum pretium, ex venditis possessionibus redactum ad Apostolos attulerint, improbet non ausus tamen fuit paupertatis votum ex suâ sententiâ ex h. l. adstruere. Sed hoc sentire, saltem scribit, qui putant, hinc monasticæ paupertatis formam proponi. Quo in negotio cum primis hinc prolixus Corn. à Lapide est. Sed de hac re pluribus alibi. Vide etiam paulò post ad v. 4.)*

* (v. 2. ἐπώλησε κτήμα. Ut ut nullum dubium sit, κτήμα generale esse nomen, notans qualibet bona, quomodo etiam B. Lutherus hinc interpretatur, reddens: Verkaufte seine Güter. haut malè tamen fortè sentiunt, qui hinc tanquam speciale accipiunt. Atque hi in duplici sunt differentia. Alii enim exponunt *agrum*, quo nomine indigitari solet talis fundus, qui frumentum profert. Atque ita accepisse hinc κτήμα nomen videmus Vulgatum, nec non Syrum & Arabem. Alii autem interpretantur *vineam*. Horum in numero Æthiops est. Habet enim  (non וי 737, ceu Wallæus ex Lud. de Dieu refert, cùm tamen apud de Dieu legatur 737. Sed adscribamus hoc erratis typographicis) i. e. *vineam*. Ad verbum: *aream viri*. Cui expositioni favet, tum quòd LXXII. etiam Interpretes nomen κτήμα adhibuerint pro Ebr. , (quod al. às quidem communiter per ἀμπελάνα reddunt,) ceu Prov. 31, 16. Hos, 2, 15. Joel, 1, 11. videre est; cum



tum quòd prædia terræ Canaan ferè vineta fuerint, cùm adhuc terra illa coletetur.) *

*(v. 2. εὐσφισαῖς, callidè vel clam surripuit. Conf. Josue 7, 1. & 2. Macc. 4, 32.) *

*(v. 3. εἰπε δὲ Πέτρος. Satagunt hinc inter alia probare Pontificii, vid. Corn. à Lapide, aliique in h. l. Card. Bellarm. l. 1. de P. R. c. 22. §. Decima quinta, Petro competere primatum sive Monarchiam Papalem, idque ideò, quòd ipse tanquam divinus iudex agnoverit hypocrisin Anania. Resp. Paulus ipsius Petri simulationè deprehendit, eique in faciem restitit, Gal. 2, 14. E. non solus Petrus simulationè deprehendendi instructus dono fuit. Jesuita Salmer. t. 12. tr. 21. illud in facto hoc Petri observat, quòd Dominus eo ipso ostendere voluerit, non quòd Petrum Ecclesiæ constituere voluerit Monarcham, sed quòd Apostoli haberent potestatem, remittendi & retinendi peccata. At hoc potius contra, quàm pro primatu Petri est, siquidè potestas peccata remittendi, ex æquo omnibus Apostolis, eorumque in munere Eccles. successoribus communis est, Matth. 18, 18. Joh. 20, 23. Si urgere velint, quòd Petrus cognoverit hypocrisin Anania, adeo q̄ ea, quæ ipse secreto fecerat. Respondemus, quòd ex divina revelatione id habuerit. Constat verò, quòd etiam Prophetis in V. T. quemadmodum & Apostolis in N. T. multa secreta à DEO fuerint revelata, vide Gregorium Nyssenum de eo, quòd non tres sint Dii, pag. 94. & de Apostolo Paulo, clarè ex Act. 27, 24. patet, nemo tamen exinde sive Prophetarum sive Pauli monarchicum in Ecclesia primatum adstruxerit. Cœterùm de donis illis ἀνερίστως πιδμάτων, quæ in primitiva Ecclesia fidelibus obtingebat, consulantur Anal. ad 1. Cor. 12, 10. Cùm itaque hæc ipsa, è quibus Papicolæ nonnulli Petri prærogativam s. primatum hîc adstruere conantur, cum aliis ei communia sint, proinde alii silentio prærogativam hanc prætermittunt, eeu apud Jesuitam Becanum lib. 1. Manualis c. 4. §. 45. ubi Prærogativas Petri ordine enumerat, aliisque videre est. Cœterùm conferri historia hæc de Anania non inscitè potest cum historia Giezi, 2. Reg. 5. descripta. Etenim similes sunt Ananias & Gieza 1. in avaritiâ ac defraudatione: 2. in fraudis



fraudis dissimulatione. Similitudo quoque inter utramque historiamprehenditur. 3. in sceleris manifestatione. Eliaz divinitus revelatum fuit, quod Gieze ex avaritiâ argentum, vestes &c. à Naamane exegisset; Petro, quod Ananias de agri pretio partem retinisset. ac 4. in pœna inflictione. Giezi inflicta fuit lepra, (mors qs. perpetua,) Ananiae mors repentina. Discant verò hinc omnes illi, qui Bonis Ecclesiasticis h. e. Ecclesie consecratis non rectè utuntur, quantum scelus committant, ac quanta etiam eos, nisi repiscant, maneat pœna. Si enim adeò graviter fuit punitus, qui de iis, quæ in suâ antè fuerunt potestate, aliquid retinuit, postquam DEO sacraverat: quanto magis punietur, qui ea, quæ alii Deo consecrarunt, abstulerit, vel in profanos usus converterit. Quo spectant etiam exempla, Achanis Jos. 7. Ahas, 2. Par. 28. Belsazeris, Dan. 5. Heliodori, 2. Macc. 3. Cæterum de abusu Bonorum Ecclesiasticorum paulò antè in Analect. ad c. 4. Actorum quædam etiam monita.)*

Διάλι ἐπλήρωσεν ὁ Σατανᾶς &c. Cur implevit Satanas. Vulg. Versio habet: Cur tentavit Satanas cor tuum? At Græcè non ἀπειρώσει tentavit, sed ἐπλήρωσε implevit. * (Quomodo etiam habent Arabs & Æthiops. Syriaca versio itidem habet implevit in cor, quam phrasin ex Esth. 7. 5. ita explicat Lud. de Dieu Annot. h. l. itemque in cap. II. Johan. v. 19. quod idem notet, ac spiritus sumsit atq; audacior evasit. Quo respicientes fortè Londinenses, Syrum exposuerunt: cor obfirmavit)* Salmeron lectionem Vulgatæ versionis sinceriores putat, & esse apud Epiphanium in Catharis. * (Sive in hæresi 59. Corn. à Lapide itidem ad Epiphanium provocat. Neque tamen audet Vulgatam versionem textui hîc præferre. Monet saltem, quod ἵο tentare accipi hîc debeat in actu perfecto & consummato, cum alioquin non fuerit peccatum, à diabolo tentari.)* Sed ἐπλήρωσε longè aptius & plenius verbum, quàm tentandi. Nam hoc vocabulo solent potius diaboli incentiva prima significari, etiam ea, quæ cohibentur, cum hîc agatur de scelere perfecto, atque ita descripto, ut non gradus quidam esse putetur, sed summa potius nequitia. * (B. D. Glasius Gr. S. p. 256, ita exponit, cur occasio

mem

rem praeiustit Satana, ut veneno suo cor tuum impleret, & ad hoc mendacium te impelleret. Minimè verò impletio hæc ita accipienda est, quasi diabolus per illapsum aliquem, si propriè loqui velimus, cor Ananiæ intrarit, cum illapsus in animam hominis soli DEO competat. Quâ de re consuli potest ex notis fratibus B. Par. Harm. Evang. c. 168. p. 961. Cum primis verò prolixius hanc rem pertractant Scholastici in 2. sent. distinct. 8. Vide quoque Lud. Molinam Comm. in pr. Thomæ t. 1. Q. 56. art. 2. p. 581. it. Joann. Altenstaig. in Lex. Theol. voce *illabi*. Sed si Satanas implevit cor Ananiæ, ut tale sacrilegium committeret, videtur esse innocens Ananias? Resp. tentare Diabolus ac sollicitare ad peccatum hominem potest, sed cor implere, nisi homo consentiat, non potest. Sollicitat verò Diabolus hominem ad peccatum 1. objecta proponendo, 2. foris suadendo, 3. intus phantasia commovendo, pravasque cogitationes suggerendo. Sed invitum cogere non potest. In hominis enim potestate est, diaboli suggestionibus consentire, vel illis resistere. Unde S. Hieronymus in c. 4. Matthæi: *precipitare (Diabolus) non potest, interim tamen persuadere*. Vide B. D. Meisner. Anthropol. Sacr. Disp. 3. q. 4. § 39. 40. Graviter Isidorus lib. 3. sentent. *Diabolus est serpens lubricus, cuius se capiti & primæ suggestioni non resistitur, totus in interna cordis, dum non sentitur, illabitur*. Cæterum de Diaboli suggestionibus, variisque rebus, pluribus consulantur B. Par. in Dispp. Hag. L. de Malis Angelis c. 8. & Comment. in prioris Petri c. 5. 8. it. B. D. Bald. in 2. ep. ad Cor. c. 11. part. 1. p. 723.)*

ὁ πνεῦμα τὸ ἅγιον. Erasmus in Annot. h. l. *Mentiri te Spiritum Sanctum*, five quòd ita loquantur Græci, *mentiri Spiritum*, sicut *Evangelizote*,* (Conf. Hug. Grotius in h. l. B. D. Friedlieb notat hîc, quòd verbum *ὁ πνεῦμα* tam Dativum, quàm Accusativum, non mutatâ significatione recipiat, quòd pateat ex Synefio ep. 42. Herodiano l. 2. Xenophonte l. 1. Pædag. Thucydide lib. 6.)* five quòd sensus sit, eum mentiri Sp. Sanctum, qui fictè simulet & imiteretur, quòd cæteri instinctu Sp. Sancti faciebant: mentitur enim non solùm, qui falsum dicit, sed etiam qui simulat. * (Arridet hæc sententia post So-



cinianos etiam Arminianis, haut rarè quippe Photinianizan-
tibus, vel certè ita Sc. Sacram explicantibus, ne Socinianos
fortè offendant. Vid. Simon Episcopus l. 4 Inst. s. 2. c. 31. p.
332. Sed huic sententiæ adversatur hoc, quòd v. 9. seq. dicitur,
Ananiam cum uxore *tentasse Spiritum Sanctum.* * August. de
temp. Barbarico c. 3. legit, *mentiri apud Spiritum Sanctum Vi-*
detur etiam verti posse: ut falleres i. e. fallere conareris Sp. San-
ctum. Placet hæc interpretatio Piscatori. Sed notandum,
quòd v. 4. explicatio phraseos sequatur. *ὄχι ἐφ' ἑσὺ τῆς αἰθρῆς*
πνῆς, ἀλλὰ τῷ ἱεῶ, ubi accusativus exponitur per Dativum.
* (Et observatione dignum est, quod Orientales Interpp. Sy-
rus, Arabs & Ethiops eadem utantur phrasitum in versu hoc
3. tum in vers. 4. seq. it. quòd S. Athanasius *τὸ ψῆσασθαι τὸ πνεῦ-*
μα ἅγιον exponat per *ψῆσασθαι τῷ ἁγίῳ πνεύματι*, adeoque
pro phrasibus æquipollentibus habeat. t. 1. p. 472.) * Item quòd
duplex articulus addatur, *τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.* Ergò non potest
commodè de donis Spiritus Sancti exponi, *ut mentireris Spi-*
ritui Sancto, qui in nobis habitat, ac per nos efficaciter operatur.
* (Quomodo etiam Simon Episcopus d. 1. exponit) * Codex
Regius additam habet præpositionem *eis*, h. m. *ψῆσασθαι σε*
eis τὸ πνεῦμα ἅγιον. Et ita quoque vertit Syrus *דחגל ברוח*
דקודק.

* (Sunt, qui illum horum verborum sensum esse putant,
quòd *Ananias mentitus fuerit Ecclesie*, dicatur verò mentitus
Spiritui Sancto, quia hujus sit Ecclesia. Ad eum sc. modum,
quo in Sc. S. ea tam beneficia, quæ Ecclesiæ Christi i. e. piis ac
fidelibus exhibentur, tum incommoda, quæ iisdem inferun-
tur, in seipsum, redundare Christus, cum ipse Ecclesiæ caput sit,
fideles enim mystici ejus corporis membra, statuit. Vid. Matth.
10. 40. c. 25. 35. seqq. cum primis v. 45. infra c. 9. 5. Coloss. 1. 24.
Adde Zachar. 2. 12. it. Gen. 6. 3. Exod. 16. 8. Vid. etiam Ana-
lecta ad dd. 11. Matth. & ep. ad Colossenses item infra ad c. 9. 5.
Sed huic sententiæ obstant verba proximè seqq. *non mentitus*
es &c. ut benè paullò antè monitum. Interea si vel maximè
interpretatio hæc admitteretur, firmum tamen persisteret ar-
gumentum, quod pro *Sp. Sancti vera Deitate* ex h. l. depromi-
mus,

mus, cum Spiritus Sanctus appropriare sibi non posset ea, quæ Ecclesiæ suæ obtingunt, nisi esset Ecclesiæ Patronus, persona reverà subsistens, & verus DEUS, in quem solum etiam primario peccatur, Psalm. 51, 6. cum solus DEUS sit legislator, Jac. 4, 12. Add. Matth. c. 12, 31. Marc. 3, 29. 1. Joh. 5, 13. Neque primi nostrates sunt, qui Sp. Sancti veram deitatem, adeoque & personalitatem ex h. l. probatum ierunt. Sed jampridè id ipsum quoque factum à primitivæ Ecclesiæ Dd. est. Locum ex Epiphonio in Ancorat. n. 9. & 69. adducit B. D. Major in Exeg. h. l. Addantur quoque S. Athanasius t. 1, p. 108. & 472. t. 2. p. 433. It. Basilius M. lib. de Sp. Sancti c. 16. cujus verba videantur apud B. P. in Dispp. Isag. L. de Sp. S. c. 1. §. 14.)*

*(v. 4. ἔχει μένον σοι ἐπιθε. i. e. nonne in plena tuâ potestate erat, retinere agrum, nemine nullaque religione ad hoc te cogente vel impellente. Patet hinc, quòd licet in primitiva Ecclesia fuerit *receptum*, ut fideles facultates suas in commune conferrent, idque *propter presentem necessitatem*, ut in simili casu Apostolus Paulus loquitur 1. Cor. 7, 26. minimè tamen abdicatio illa *opus vel meritorium* fuerit, quod vanè sibi Monachi persuasum habent, vel etiam *absolute necessarium*, aut *perpetuo* in Ecclesia *observandum*, ceu Anabaptistæ nonnulli nugantur. Vid. not. ad Cap. præced. v. ult. Si enim tunc temporis, quo Ecclesiæ nascentis ratio talem bonorum communionem cum primis svadere videbatur, liberum tamen fuit Ananiæ, num bona sua vel retinere, vel in commune conferre vellet, quantò magis hodiernum, cum jam tum per bona Ecclesiastica satis pauperibus prospectum sit, liberum Christiano s. fideli erit, proprias facultates retinere. Interea graviter peccavit Ananias, non quòd perpetuæ paupertatis votum fecerit, illudque non servavit, sed tum quia facultates suas semel in Ecclesiæ usum consecravit, iterum subtraxit. (Observant verò Hieronymus ad Demetriadem, Athanasius in serm. de Pass. Domini, quòd licet antè liberum sit, hoc vel illud DEO vovete, postquam tamen aliquid DEO devotum, illud non amplius nostrum, sed DEI sit.) tum, & quidem cum primis, quia decipere Apostolos sategit. Coeterum num ex Ananiæ voto

Mona-

Monastica vota probari possint, prolixius disputant autores. Quam controversiam ex professo, ut ita loquar, hic pertrahere, non videtur operæ pretium. Videantur B. Par. L. de Eccl. §. 225. Confess. Cathol. art. 7. Comment. in Deut. p. 769. & 1428. seqq. & alii autores mox adducendi. Ex Pontificiis verò M. Antonius de Dominis ArchiEpisc. Spalat. lib. 2. de Rep. Eccles. c. 12. n. 20. seqq. Porro de votis tum in genere, tum in specie, & quæ servanda sint, alibi acturi sumus. Confer. B. D. Bald. tum in Cas. Consc. p. 307. seqq. tum in Comm. in 1. ad Cor. c. 7. B. D. Waltherus in Quadr. Miscell. Theol. p. 438. B. D. Meish. contra Lessium p. 65. seqq. 446. 523. B. D. Hülfem. in AntiHagero p. 498 545. seqq. 1259. seqq. B. D. Graw. in A. C. ad art. 6. Abus. B. D. Lobechius in A. C. Disp. 29. B. Par. locis paullo antè allegatis. Conf. etiam ex Pontificiis Joannes de Pineda Comment. in Eccles. c. 5. v. 3. & 4. p. 471. seqq. Solent quoque Pontificii (Vid. Bellarm. lib. 4. de Gr. & L. A. c. 7. §. secundo) ex hoc loco probare, dari vires Lib. Arbitrii in rebus civilibus. Quas cum & nos libenter largiamur, non est, cur quicquam hic amplius addam.)*

*(*τι*, sc. *ὑπογεν*, ut alibi, vid. Joh. 14, 22, suppletur.)*

ὅτι ἐψέσω αὐτῶν ποῖς. Tossianus ita exponit: Non mentitus es nobis, sed Sp. Sancto, id est, existimasti, te nos Apostolos, utpote homines fallere posse, sed quia hæc pecunia ad conservationem cultûs divini & propagationem Ecclesiæ fuit destinata, idè non contra nos, sed Deum peccasti. *(Potest etiam ita hoc intelligi, non hominibus, sc. solùm, sed cum primis & principaliter Deo. Negativa enim adverbia quandoque pro comparativis in Sc. S. adhibentur, uti multis exemplis confirmat B. D. Glassius Gr. S. p. 487. seqq. Conf. etiam Analecæ ad Matth. 9, 13. it. ad Marc. 13, 11. Cum primis huc faciunt Gen. 38, 28. 1. Sam. 8, 7. Marc. 9, 73 Joh. 12, 44. Ephes. 6, 12. 1. Thess. 4, 8. Atque ita, nempe comparative, particulam negativam, h. l. intelligunt B. Par. Dispp. Isag. L. de Sp. S. c. 1. §. 14. B. D. Grawerus Diss. de Sp. S. B. D. Friedlieb in h. l. B. D. Cundisius in Not. ad Hutt. p. 129. B. D. Dorscheus Theol. Zach. part. 2. p. 38. & 283. alii, ex Pontificiis Jesuita Tirinus tum in Comm. h. l. tum in Proleg. de

de Idiot. Ebr. n. 6. Sunt tamen, qui omninò negativè particulam negativam etiam h. l. accipi volunt. Vid. B. D. J. Martini in Photin. c. 8. §. 13.)*

* (Ἀλλὰ τῷ Θεῷ, i. e. Spiritui Sancto. Accipitur enim hęc nomen Θεὸς ἑσπερίως, pro tertia SS. Trinitatis persona. Ac proinde vera Sp. Sancti Deitas ex h. l. adstruitur. Excipiunt quidem Sociniani, vid. Socinus ipse in Instrumento doctrinarum Aristotelico, ubi se Gratianum Prosperum nominat, p. 27. it. Enjedinus de h. l. Val. Smalcus in Ref. Thef. D. Graueri Sp. S. p. 8. quod Ananias & Deo & Spiritui Sancto mentitus fuerit. huic immediatè, tanquam dono DEI, & medio, per quod DEUS fuerit operatus ac per Petrum locutus, Illi verò mediatè, tanquam cause principali. Resp. 1. Immediatè mentitus erat Ananias non Spiritui Sancto, in quem scelus suum redundare, haut existimabat, sed Apostolis, quos defraudare satagebat. 2. Si Spiritus Sanctus ita esset donum DEI, ut non simul propriam haberet personalitatem, nec mediatè, nec immediatè illi Ananias mentiri potuisset. Neque enim nisi personæ mentiri quis potest. 3. Cùm Sp. Sanctus sit autor Ministerii Ecclesiastici, & efficax sit per verbi ministerium, 1. Cor. 12, 4. seqq. 2. Cor. 3, 3. fit, ut quisquis Ministerium Ecclesiasticum in officio suo decipere satagit, ipsum Sp. Sanctum decipere sataget. Non loquor de eo, quòd decipere Sp. Sanctum quis possit, sed de pravo hominum malorum conatu. Cum primis verò notandum est, quòd etiam aliis in Sc. S. locis Spiritus Sanctus DEUS vocetur, ceu patet ex 1. Cor. 3, 16. 17. 2. Cor. 6, 10. II. 1. Joh. 5, 9. coll. cum v. 6. 7. 8. & Rom. 8, 15. 16. Exceptionibus Smalcii ad arg. B. Gravveri ex h. l. formatum, & illi etiam præcipuè, quòd licet concedatur, Spiritum Sanctum vocari DEUM, non tamen hinc sequatur, quòd persona divina sit, cùm certo modo DEUS vocari ipse possit, videl. eo, quo omnia, que in Deo sunt naturaliter, DEUS dici possint: satisfecit B. D. Major noster in Exegem. h. l. Conf. quoque B. Par. Dispp. Isag. de Sp. S. c. 1. §. 14.)*

* (v. 5. Περὶ τῆς ἐξουσίας. Observant Interpp. quòd Petrus non imprecatus fuerit Ananiæ mortem vel inflixerit, ceu Porphyrius nugabatur, sed DEI iudicium prophetico Spiritu an-

B

nunci-

nunciavit, mortemque, puta quantum ad Sapphiram, prædixerit. Idque hoc fine, ut pœna duorum hominum sit doctrina multorum. Neque tamen, si vel maximè etiam mortem Ananiae & Sapphiræ inflixisset, colligere inde licet, quòd in hæreticos, ut tales, i. e. nisi simul vel blasphemæ vel seditiosi fuerint, capitali supplicio animadvertere liceat, uti quidè est præfenti exemplo inter alia evincere Bellarminus aliique Papicolæ fatagunt. (Quemadmodum eodem hoc inter alia exemplo Adrianus VI. P. R. in Brevis ad Elect. & Status Imp. quod legitur apud B. Lutherum t. 2. Oper. Germ. p. 239. edit. Altenb. incitare Principes Catholicos Romanos conatur ad extirpandam religionem Lutheranam, ubi tamen ipse fateri cogitur, quòd Petrus non inflixerit, nec per Magistratum infligi curavit Ananiae & Sapphiræ mortem, sed eis saltem prædixerit. Quamvis nec hoc, quantum ad Ananiam, ex h. l. probari possit.) & ex Calvinianis Theodorus Beza libro de hæret. p. 162. Etenim sciendum 1. quòd Petri exemplum fuerit heroicum, singulare, & extraordinarium exemplum. Notum verò, quòd talia non imitari, sed admirari debeamus. Ast Pontificii ordinariè illis, quos ipsi præpostero suo iudicio hæreticos censent, infligendum à Magistratu statuunt supplicium capitale. 2. quòd Petrus inflixerit, vel potiùs prædixerit mortem non hæreticis, sed avaris ac sacrilegis. Ceu Salvator quoque ac Paulus corporalem pœnam exeruerunt non in hæreticos, sed in homines pravos. Vid. Joh. 2. & Act. c. 13. 3. quòd zelus Apostoli Petri fuerit divinus, & à peculiari Sp. S. impulsu profectus. Sed Pontificiorum præposterus, cœcus, & ex falsis persuasionibus ortus est. Etenim omnes illos hæreticos vocare solent, qui sedis Apostolicæ s. Romanæ præcepta transgrediuntur, vel qui dicunt, Rom. Ecclesiam non esse caput. Quà de re consulendus B. D. Höpferus in Evang. Sax. p. 15 18. it. B. D. Hunnius in Innoc. Luther. §. 282. seqq. Præterea si Pontificii in corrigendis aut puniendis hæreticis Petri sequi exemplum tantopere discipiunt, cur non acquiescunt in Petri verbo, sed utuntur, vel abutuntur veriùs, Magistratûs gladio. Cur non contenti sunt pœnæ divinæ comminatione, sed utuntur

tur rogo, flammis, & ustulatione? Cur non neminem divinam expectant, sed Magistratum per falsas accusationes & intentata crimina adversus innocentes odio inflammant. 4. Quin si quisquam sacrilegii, uti Ananias, reus est, ipse potius P. R. cum suo clero, quam alius ullus, ob surreptum laicis, quos ita vocat, calicem benedictum, ac interdictum iisdem sacrorum Bibliorum usum, sacrilegii accusari jure optimo potest. 5. Quod Calvinianos attinet, negari sanè non potest, quòd multi ex illis sententiam hanc, quòd hæretici capitali affiendi supplicio sint, magno studio à se removeant: ceu B. P. hanc in rem nonnulla Dd. Calvinianorum testimonia L. de Mag. Pol. §. 343. adducit. Confer. quoque Theologi Leidenses in præfat. Cens. Confess. Remonstr. & c. 24. Censuræ. Interea certum, quòd non solùm ubi liberiori fruuntur aura, in praxi contrarium observent, verùm etiam non pauci eam ipsam sententiam scriptis approbent, ceu ex Beza contra Holderum p. 121. Paræo in c. 13. ep. ad Rom. Danæo in Ethica Christ. l. 2. c. 13. Franc. Junio in Defens. 2. de Trin. adversus Samos. p. 40. Bucano Instit. Theol. 49. p. 777. Perkinso in Catech. Reform. Controv. 11. c. 2. aliisque videre est. Cæterùm de controversia hac pluribus consuli possunt B. D. Lutherus Op. Germ. edit. Altenb. t. 1 fo. 504. 527. 529. 647. 574. it. t. 4. f. 375. t. 5. f. 286. t. 8. f. 588. B. D. Chemnitius Harm. Evangel. c. 61. p. 665. it. c. 83. p. 916. D. B. Gisenius Disp. 19. Papismi. B. D. Heilbrunnerus Pap. Acath. p. 474. B. Par. L. de Mag. Polit. § 314. seqq. Comm. in Deut. p. 469. 807. & 1014. Comment. in Post. epist. Petri p. 234. B. D. Major in Exeg. h. l. Vide sis quoque Analecta ad Matth. 13. v. 25. it. ad c. 13, 17. nec non Thes. Theol. Decad. 18 § 1. lit. d. ubi plusculi auctores nominati. Addatur quoque Hugo Grotius in Annot. ad Matth. 13. p. 257. 258. Scitè Chrysostomus homil. 47. in Matth. ἡ τοίνυν (sc. ὁ Χριστός) κατέχει τὰς αἰρέσεις καὶ ἐκκόπτειν & c. ἀλλ' ἀναίρειν καὶ κατασφάττειν. i. e. non prohibet (Christus) hæreticos vitare ac liberum hæreseos cursum sufflaminare & c. sed interficere ac trucidare. Confer plura d. l. quæ idem ἑπιπορεύων hanc in rē habet. Breviter: informandi ac refutandi hæretici sunt, si verè ac merè tales fuerint, & si satis è verbo DEI



Nota ad Cap. V. Actuum.

convicti cedere tamen nolint, sed plures seducere satagerint, in carcerandi, non verò mactandi ac trucidandi; coërcendi sunt, non comburendi. Conf. etiam B. D. Majorem in h. l. B. P. L. de Eccles. §. 357.)*

(v. 6. Ἀναστάντες. Videtur ἰὸ ἀνάσ. hīc abundare ex Ebriismo, de quo infra ad v. 17. Agnoscunt tamen Arabs, Syrus & Æthiops.)

Σιωέσειλαν αὐτῶν. Vetus Interpres: amoverunt eum: alii: arripuerunt eum. Optimè verò Syrus Interpres accepit pro componere ad sepulturam, nam σείλαιν cum compositis id interdum significat. In Epigrammate Græco: ἦν με θανῶσαν σείλαις. Homerus σείλαιν dicere solet, quod est συσειλαιν. Casaubonus in notis. *(Eandem hanc expositionem Hugo Grotius ac Lud. de Dieu in h. l. it. Nicolaus Fullerus lib. 6. Miscell. c. 18. pluribus testimoniis s. exemplis confirmant. Favet quoque eidem Arabs edit. Load. ita vertens $\tau\epsilon\lambda\alpha\sigma\alpha\iota$ operuerunt s. velarunt (quomodo sc. defuncti, linteis quippe involuti, Joh. 11, 44. involvi ac velari solebant. Conf. Dn. D. Quensted, Amitinus meus conjunctissimus, Traët. de Sepult. veterum p. 87. seqq. Kirchmannus lib. 1. de Funer. Roman. c. 10.) Æthiops totum hunc vers. ita expressit: Et surrexerunt $\omega\mu\eta\tau\tau\alpha\zeta$ juvenes oneris $\omega\gamma\eta\phi\tau\omega\lambda\omega\theta\lambda\omega\phi\tau\omega\phi\eta\lambda\omega\phi\tau$ & involverunt eum, & extulerunt eum, & sepeliverunt eum.)*

*(v. 7. ὡς ὥρων τριῶν ἡσθημα. Quasi horarum trium spatium. Luth. über eine Weile / bey dreyen Stunden. Syrus ἰὸ ὡς non agnoscit. simpliciter enim vertit $\tau\epsilon\lambda\alpha\sigma\alpha\iota$

$\tau\epsilon\lambda\alpha\sigma\alpha\iota$ $\omega\sigma\iota$ i. e. tribus verò post horis, Sic & Arabs:

Et accidit $\tau\epsilon\lambda\alpha\sigma\alpha\iota$ $\omega\sigma\iota$ $\tau\epsilon\lambda\alpha\sigma\alpha\iota$ post spatium trium horarum. Similiter & Æthiops: $\lambda\omega\phi\tau\omega\phi\tau\omega\phi\tau$ $\omega\lambda\omega\phi\tau\omega\phi\tau$

$\omega\phi\tau\omega\phi\tau$ i. e. post tres horas. Observationem hīc meretur regula Interpp. Scripturæ S., quòd particula ὡσεί (similiter & ὡς,

cùm ad temporis denotationē in sacris adhibetur litteris) non sit dubitantis, quippe cùm Evangelistis & Apostolis, uti $\omega\sigma\iota$

$\omega\sigma\iota$ $\omega\sigma\iota$ $\omega\sigma\iota$, ignotum esse non potuerit certum

temporis



temporis spatium, sed saltem *minuentis*, quod videl. nondum spatium illud, quod indigitatur, fuerit elapsum. Solent tamen Interpp. Orientales hujusmodi particulas tali in casu non magnopere curare, ceu non solum ex h. l. verum etiam ex Luc. 22, 59. ubi particulam *ὅσοι* omnes *ὁμοθυμαδόν* omiserunt, quemadmodum & Arabs atque Æthiops, Joh. 19, 14 videre est.) *

*(v. 8. *Ναί*. Ut ut Salvator noster Matth. 5, 37. particulam hanc diserte à juramento distingvat, (sicuti etiam c. 11, 8. & 10. utroque utitur) existimat tamen B. D. Friedlibius, quod *ἵο ναι* hic non sit simplex adseveratio, sed quædam contestationis nota, ceu juramento confirmata. Id quod Sapphiræ peccatum auget. Conf. etiam de usu illius particulae B. P. Harm. Evang. p. 166. it. Hugonem Grotium ad d. l. Matthæi.) *

*(v. 9. *Ἰνὶ τῆ ἴψα* &c. Semper cogitemus, quod ultio divina sit ante fores, quodque certa expectet impœnitentes pœna. Cogitemus etiam, quod & conscientia nostra ante fores excubet, ac instar canis excubias agat, & sicuti canes ante fores excubantes cujusque ingressum & egressum observant, sic & illa omnes nostras actiones accuratè observet. Licet quiescere ante fores eadem videatur, facilè tamen expergeri potest. Similiter peccatum. Vid. Gen. 4, 7.) *

*(*Περὶ σταί*. Vid. Not. ad Act. 15, 10.) *

*(*Ἐξοιστοῖσε*. Vid. notata ad v. 4.) *

*(v. 10. *ἔπεσε δὲ ὡς κεραυνὸν*. Anania & Sapphira similes sunt, qui peccata sua coram Deo Sanctoque ejus Spiritu, qui omnia tamen scrutatur, 1. Cor. 2, 10. ac omnipræsens est. Pl. 139, 7. Amos 9, 2. occultari posse, vanè sibi persuadent. Et enim nisi seriam pœnitentiam egerint, spiritualem tandem animæ mortem sibi attrahent. Q. verò hic 1. Num Ananias & Sapphira egerint de commisso sacrilegio ac mendacio pœnitentiam, adeoq. morte saltem temporali à Deo puniti; an verò in impœnitentia sint defuncti, & sic eternam mortem subierint? Joannes Hofmeisterus Fr. Eremit. D. Augustini per utramque Germaniam Generalis, in Comm. h. l. scribit: Fortè hanc repentinam mortem pro mendacio suo incurrere illi debuerunt, ne eternam mortem tandem perirent. Idem tamen paulò post subjicit, observandum

Note ad Cap. V. Actuum.

esse, quod neq; Ananias, neque Sapphira peccatum suum fateantur, nec veniam petant, unde utrosque tam horrendum incurrisse supplicium. Guilielmus etiam Estius, Prof. Theolog. Duacenus Comm. in 1. Ep. ad Corinth. c. 11. p. 417. dubitari posse, scribit, Deum post hanc vitam Anania & Sapphira pepercisse. Cum enim pergit, ad increpationem Petri repente exspiraverint, non apparet, concessum fuisse spatium poenitendi de peccato, ut in die iudicii salvi esse possint. In ead. sententia videtur quoque esse Franc. de Mendoza Comm. in libr. Reg. t. 2. p. 242. Idem hoc, quod nempe æternum damnati illi fuerint, aliquando & Augustinus sentit, ceu patet ex serm. 27. de verbis Apostoli, quemadmodum & Basilius serm. 1. de Instit. Monach. it. Orat. 3. de Junio, nec non Irenæus l. 4. c. 46. & 47. Beda in h. l. Ambrosius in Pl. 118. serm. 18. in eâ esse sententia videntur. Ast alibi, puta l. 3. contra Parmenianum c. 1. nec non serm. 10. de diversis, laudatus modò Augustinus contrarium statuit. Qui ipse etiam serm. 1. de Serm. Domini in Monte t. 4. p. 1132. similem ferè historiam de S. Thoma refert, qui itidem alicui, à quo palmâ percussus fuerat, atrocissimæ mortis supplicium comminatus fuerit, ita tamen ut animæ ejus in futuro seculo parceretur. Eandem de salvato Anania opinionem ex veteribus fovent Origenes tract. 8. in Matt. 9. Cassianus collat. 6. c. 1. Isidorus Pelusiotalib. 1. ep. 181. Petrus Damianus l. de cont. sec. c. 3. & fortè quoque Hieronymus ad Demetriadem. & ex recentioribus, ac Pontificiis quidem, Jesuitæ Corn à Lapide, Lorinus, & Sanctius in h. l. qui postremus cum primis satis prolixè sententiam hanc adstruit, secutus Dionysium à Rickel ac Jesuitam Salmer. in h. l. Videntur enim illis Ananias & Sapphira auditâ tam severa Petri increpatione egisse poenitentiam. Minùs autem probabile nobis videtur, quod Cornelius scribit, fortè contritione & dolore nimio eos exspirasse. Imò potiùs par horum fatum videri posset cum filiis Aaron, Levit. 10. 1. Uxore Lothi, Gen. 19. 26. Propheta à leone interfecto, 1. Reg. 13. 24 de quibus B. D. Lutherus, cujus sententiam Dn. D. Chemnitius noster, Dominus Collega atque Affinis pl. honorandus, Qq. in Gen. ad c. 19. c. 2. etiam amplectitur, judicat, quòd peccata eorum temporalia

poralem tulerint pœnam, ita tamen, ut anima fuerit salvata, five quod fuerint illi castigati, non damnati. Atque in hanc rem allegari quoque solent Oracula Apostolica I. Cor. 5, 5. c. II, 32. Quid de salute uxoris Lothi, ac Prophetæ à leone discerpti, sperandum sit, expendit etiam B. Par. Comm. in Genesim, pag. 403. Sanè non benè sperare de illa videtur B. D. Rungius in Gen. p. 560. Nobis quantum ad Ananiam & Sapphiram, τὸ ἐπιπέχον tutissimum videtur. Etenim nescire velle, quæ Magister noster optimus nescire nos voluit, salutarem, certè minimè carpendam censemus ignorantiam. Ut ut verò Ananias & Sapphira Spiritui Sancto mentiti fuerint, nolimus tamen affirmare, quòd peccatum in Spiritum Sanctum commiserint, (eo sensu, sicuti aliàs à nostris Theologis peccatum illud explicatur. Quà de re alibi actum. Vid. *Analeceta ad Cap. præced. v. 16.*) siquidem hautquaquam omnia illius peccati requisita in Ananiâ & Sapphira deprehenduntur. Proinde ex hoc fundamento minimè æternæ damnationi adjudicandi iidem sunt. Licet igitur nonnulli doctissimi viri scribant, quòd *in Sp. Sanctum Anan. & Sapphira peccaverint, vel mendacium, in Sp. S. commiserint* (ita loquitur etiam B. D. Maj. in Exeg. h. l.) non tamen hoc volunt, quòd peccatum in Sc. S. strictè sic dictum, commiserint.)*

*(Q. 2. *Cur Petrus hac severitate usus fuerit?* Respondet Isidorus Pelusiota lib. I. ep. 181. hunc in modum: Non crudelitatis atque amentix fuit, quòd sapientissimus Petrus eos, qui peccaverant, morte affecit, verùm præscientis doctrinæ, multa hominum peccata præsanantis. Nam cùm tunc Evangelii sementem facere incepisset, ac statim enata zizania conspexissent, sapienti consilio ea confestim evulserunt, ne unà cum tritico aucta futuro igni ad exustionem servarentur. Et pergit: Ad eundem enim modum divinus quoque Moses, legem ab initio statim violatam perspiciciens, etsi ob exiguum peccatum, saxi tamen eum obrui iussit, qui die Sabbati ligna collegerat. Deum videlicet hanc sententiam tulisse scribens. Siquidem legis transgressio, tam in parvo ac levi, quàm in magno atque atroci crimine judicatur, & concludit: *Nam profeta*
Eto

Et primi quoque generis nostri authores ob arboris fructum degustatum, acerbissimam & vitam & morte mulctati sunt. Augustinus lib. 3. de Mirabilibus Scripturae c. 16. itidem monet, quod Ananias & Sapphira mortis vinculo ligati fuerint, tum ut quanta Apostolica esset autoritas, eo ipso ostenderetur, tum ut quantum peccatum esset, illud, quod Ecclesiae est, retrahere iterum, ostenderetur, tum denique ut ceteri exemplo horum castigarentur h. e. admonerentur. Conf. omnino idem Augustinus l. 1. de serm. Domini in Monte haut procul a fine. Coeterum de gravitate peccati Ananiae prolixius agit B. D. Arcularius in h. l. qui potest evolvi. Cur vero severitate hac usus Apostolus fuerit, explicat praeter commentatores communiter, Simon quoque Episcopus lib. 3. Inst. Theol. sect. 4. c. 19. Q. 3. An conveniat muneri Apostolico, hominem necare, cum ministerium Apostolorum ad hominum vitam & salutem, non ad perniciem fuerit institutum? Respondet ad hoc quaesitum B. D. Arcularius in h. l. disting. inter munus ordinarium, & extraordinarium, & addit, quod indicatum hoc ipso fuerit, Apostolos, aliosque ministros Ecclesiae cenuesipientibus gratiam, sic impenitentibus poenas denunciare. Adeoque Evangelium esse aliis odorem vitae ad vitam, aliis vero odorem mortis ad mortem, 2. Cor. 2. S. Hieronymus ep. ad Demetriadem, quae habetur t. 1. p. 21. monet, quod Apostolus Petrus nequaquam imprecatus Ananiae & Sapphira mortem fuerit, ut stultus Prophyrius calumniatur, sed DEI iudicium prophetico spiritu annunciarit, ut poena hominum duorum sit doctrina multorum.)*

(v. II. Φόβος. De emphatica significatione verbi Φόβος, vid. B. Par. Harm. Evang. p. 2182. Conf. etiam, quae idem habet d. l. in Explic. loci Matth. 28. 8.)

(v. 12. Ἐξ δὲ τῶν χρεῶν τῶν ἀποστόλων &c. Apostoli igitur non propria, sed aliena virtute miracula fecerunt; fuerunt causa instrumentalis s. ministerialis, non principalis. Atque ita etiam accipienda verba Christi Joh. 14. 12. Unde nec contradicit Psaltes, quando soli DEO vim miracula faciendi tribuit, hymno 72. 18. intelligendum enim hoc de potentia miracula faciendi per se & virtute propria. Conf. Anal. ad Matth. 8. v. 26. it. ad c. 10. 1.)

*(c)

Nota ad Cap. V. Actuum.

* (ἐν τῇ σοῦ Σολομῶν) Vid. notata supra ad c. 3, 11. item infra ad c. 10, 23.)*

v. 13. τῶν λοιπῶν, sc. hypocritarum, qui malè sibi erant conscii, illi enim Ananiz exemplo territi non audebant, se cætui Apostolici Ecclesiæ conjungere. *(Sunt, qui ex reverentiâ hoc factum putant, ceu Luc. 5, 8. c. 7, 7. Et in hâc sententiâ quoque Lud. de Dieu est. Qui tamen non accipit de illis, qui jamtum fideles erant, quippe qui non desistebant κολλᾶσθαι adherere Apostolis, v. 11. sed de Christianis novitiis, sive de plebe, quæ credere potuerit, v. 14. licet non statim Apostolis adhereret, putâ, ut illis familiariter uteretur s. familiariter cum eis viveret. Quò minùs verò de hostibus hoc accipiatur, ob stare idem de Dieu putat v. 17. & 18. Pricæus tamen in h. l. omninò Principes ac hostes putat per τῶν λοιπῶν intelligendos, idque propter oppositum illud λαός. Atque ita τῶν λοιπῶν, prout τοῖς πολλοῖς s. vulgo opponantur, alibi quoque accipi, ostendit idem. Beza quoque de hostibus exponit.)*

(κολλᾶσθαι αὐτοῖς. Metaphora desumpta ab iis, qui visco vel glutine conjunguntur.)

Per *populum*, qui Apostolos magnificasse dicitur, Tossanus intelligit *credentes in populo*: sed ex v. 26. apparet, *promiscuam plebem* intelligi.

* (v. 14. μάλλον δὲ &c. Indicatur, tragico exemplo, in Ananiam edito, nihil decessisse Ecclesiæ, quin potius magis ac magis eam crevisse)*

* (v. 15. κατὰ τὰς πλατείας. Lud. de Dieu existimat, id saltem indicari hâc phrasi, quòd per varias plateas ægroti fuerint curati, non quòd ægrotos foràs in plateas eduxerint. Verùm proximè sequens verbū ἐκφέρειν omninò sensum hunc indicare videtur. Favet quoque cum primis Syrus, ita vertens h. l. οοσι ἄνω ποσει ἔβη, | ita ut in plateas efferrant, (educerent, ejicerent.) Rectè proinde B. Lutherus: Also / daß sie die Kranken auff die Gassen heraus trugen.)*

* (καὶ ἡ σκιὰ ἐπισκιάσῃ. Conantur Papicolæ è presenti

C

loco



loco, dum nempe per obumbrationem Petri ægroti ab infirmitatibus liberati commemorantur, varios suos obumbrare vel palliare errores. Refert Jesuita Lorinus in Comm. ad h.l. quòd Glossa Interlinearis, Alvarus Pelagius l. 1. de planctu Eccles. c. 55. & Arator lib. 1. in Acta, ex umbra hanc Petri, sive ex tam proprio uni illi curandi modo, primatum illius collegerint. Addit, quòd Leo quoq; IX. P. R. ep. 1. ad Michael. Constantinop. c. 18. in idem quoq; argumentetur eundem primatum Petri, eumq; Rectorem fuisse utriusq; Ecclesia, presentis & futurae. Num verò firma collectio hæc sit, non audet dictus Jesuita affirmare: haut obscure eo ipso indicans, quòd perquam lubrica sit argumentandi ratio, ab umbra Petri ad dominatum Monarchicum, quem fictitii illi Petri successores improbis conatibus affectarunt, ipse verò Petrus ne per somnium quidem unquam de eo cogitavit, petita. Jesuitæ quoque, Bellarminus, Becanus, Tirinus &c. ut ut nimis aliàs anxii in conquirendis Petri prærogativis sint, ut exinde Papalem Monarchiam adstruant, itidem umbram hanc sectari noluerunt, pariter fortè deprehendentes, quòd longè infirmior collectio ea sit, quàm ut subsistere possit. Etenim licet Petrus plura fortè atque etiam insigniora miracula, quàm reliqui Apostoli edidisset, aliæ rei hujus causæ fuerunt, quàm ut illis ipsis primatus stabiliretur. Sanè enim non ineptè Jesuita Lorinus h. l. censet, quòd decuerit insignem Petrum esse in signorum perpetratione, quia Judæis, qui signa petunt, 1. Cor. 1, 22. peculiariter destinatus erat: quemadmodum Paulus, qui gentibus s. Gracis sapientiam quærentibus, sapientia excelluit, juxta observ. Carthusiani. Abutuntur porrò iidem Papicolæ loco hoc ad palliandos errores de cultu reliquiarum, & invocatione sanctorum, quos vocant, defunctorum. Videantur Jesuitæ Alphonsus Salmeron t. 6. Op. tr. 15. Franc. Costerus part. 1. Concil. p. 636. alii. Quemadmodum etiam in rem hanc Jesuita Lorinus Augustini testimonium ex serm. 29. de Sanctis adfert, ita colligentis: Si tunc opem ferre poterat umbra corporis, quanto magis nunc plenitudo virtutis? item, si tunc supplicanti- bus proderat aura quedam pertransientis, quanto magis gratia nunc permanentis? it. si tam medicabilis fuit obumbratio visitan-



tis, quanto magis catena vincientis &c. Sed nulla est consequentia. DEus circa primitivæ Ecclesiæ initium in gratiam Judæorum, semper signa requirentium, tum etiam ne violentas manus doctrinæ cœlestis adversarii Apostolis injicerent, per hos ipsos varia miracula edidit, adeoque per umbram etiam Petri ægrotos quosdam sanavit. E. adhuc hodie per sanctorum defunctorum reliquias idem vult facere, cum primis postquam veritas religionis Christianæ abunde jam cōfirmata est. Porrò umbra Petri, per quam ægroti sanitati restituti sunt, fuit viventis, non defuncti. Nec quisquam propterea umbram Petri religioso prosequitur legitur cultu vel veneratione, qualem sanctorum defunctorum reliquiis nimis superstitiosè Papicolæ exhibent, & exhibendam urgent. Nec Petrus talem cultum, si vel sibimet ipsi, non umbræ ejus talem exhibere quis voluisset, unquam admisisset. Vid. Actor. 10, 26. Est igitur sceletolatria illa non solum ἀρεσφῶ, sed & ἀλιρεσφῶ. Ut taceamus fraudes, quæ in substitutione fictarum reliquiarum committi à Sacrificulis Pontificiis solent. Sed hac de re pluribus consulantur autores, Decade 20. Thes. Theolog. § 3. litt. h. allegati. Utilis tandem est observatio Jesuitæ Lorini ad h. l. quod Ecclesia non egeat semper miraculis. Hoc si ita est, cur inter Ecclesiæ notas genuinas & infallibiles miracula Papicolæ adeò sollicitè ponunt, eamque sententiam adeò mordicus defendunt? quâ de re in Analect. ad Matth. c. 7. v. 21. it. Decad. 15. Thes. Theol. §. 5.)*

* (v. 16. οἱ πάντες ἐθαροῦντο ἀπαντες. Plurimi Interpretum, quos inter & Chrysostomus, existimant, quòd in miraculis hisce ab Apostolis editis, cum primis in eo, quòd Petri quoque umbrâ ægroti curati fuerunt, impletum fuerit illud Christi, Joh. 14. 12. Verùm B. D. Brentius Comm. in h. l. monet, licet Christus non umbrâ, sed manûs attactu quosdam sanarit, majus tamen miraculum ab eo editum fuisse, quàm hoc Petri, quando solâ voce quadriduanum mortuum suscitavit. Putat igitur laudatus Theologus, quòd Salvator noster verbis illis apud Johannem non tantùm de miraculis fuerit locutus, sed maximè omnium de ministerio prædicationis, videl. quòd



Nota ad Cap. V. Actorum.

Apostoli plures prædicatione suâ ad veram fidem conversuri
sint, quàm Christus. Puta si sermo fuerit non de interna Chri-
sti autoritate, quâ omnem in omnibus credentibus salutem
operatur, sed de externo ejus ministerio, quo in circumcisio-
ne sive inter Judæos functus est. Cæterùm quis genuinus ora-
culi illi apud Joh. c. 14. 12. sensus sit, suo expendetur loco. Vid.
interea B. D. Fewrbornius in AntiOstor. Disp. 17. § 23. B. D.
Frantzkius de Interpr. Sc. S. p. 610.)*

v. 17. αἰασις ὁ δεξιερθεῖς, Scholiastes, διεγερθεῖς καὶ κινήσει
ἐπὶ τοῖς ὑπομένοις.

* (Arabs edit. Erpenianæ vocem αἰασις non agnoscit,
quemadmodum nec Syrus, quos excusat Lud. de Dieu, mo-
nens, ut DIP Ebræis, ita & Hellinistis αἰασις abundare,
quò itaque hoc indicarent Syrus & Arabs, existimat, quòd pro-
pterea omiserint. Sciendum tamen quòd Arabs editionis
Londinensis omninò agnoscat, ita quippe h. l. vertens: وَجَعَلَ
 $\text{عَلَيْهِمْ سُلْطَانًا}$ & surrexi Princeps Sacerdotum &c. Simi-
liter Æthiops: ወተነሡ ለቅዱሳን ስህተት Surrexe-
runt Principes Sacerdotum. Hautquaquam tamen Ebrais-
mum illum negamus: Sed potius probè alibi observandum
esse, facilè largimur. Vid. Not. ad c. seq. v. 10.)*

* (ἡ ἑστὴ ἀρεσις τῶν Σαδδουκαίων. De Sadducæis alibi egi-
mus. Vide Analect. ad Matth. 22, 23. ac pluribus de iisdem a-
cturi sumus infra ad c. 23, 7.)*

* (ζήλος. Quòd alius zelus bonus & laudabilis sit, alius verò
malus & vituperabilis, in Analectis ad Rom. 10, 2. monitum fuit.
Pluribus etiam hâc de re consuli possunt B. D. Bald, contra
Patzm. p. 454. ac B. D. Hunnius de Innocentia Lutheranorum
§. 567. seqq. De Pontificiorum verò zelo pietatis rectè judi-
cat B. D. Chemnitius part. 4. Exam. Conc. Trid. p. 15. & 16, quòd
in superstitionem degenerarit. Conf. B. Par. L. de Magist. Po-
lit. §. 328. Hoc loco vox ζήλος pro φθόνῳ accipitur, quo sensu &
Hesiodus eandem adhibet in ἔργοις. Eodem modo & Evange-
lista nostra infra c. 13, 45. eâdem utitur, quemadmodum etiam
D. Paulus Rom. 13, 13.)*

* (v. 18. καὶ ἐπέβαλον ἐπὶ χεῖρας αὐτῶν &c. more sc. he-
tero.)

terodoxorum recepto. Quando enim Orthodoxi pugnant Scripturis, certant illi armis, & dum veritatem cœlestem ratiunculis suis nequeunt superare, solent Confessores captivare & incarcerare; si non possunt spiritui resistere, solent Confessores interficere; si non possunt argumenta refutare, non erubescunt Confess. trucidare ac decollare. Neq; tamen prohibemus, quò minus Magistratus Christiano hæreticos pertinaces, eosq; seducentes, blasphemos ac seditiones excitantes carceri, exilio, aliisque severioribus remediis coërceat. Quâ de re alibi. Vid. Analect. ad Matth. c. 13. v. 25. 30. it. ad c. 18. v. 17. Conf. etiam B. D. Kesleri Traçt. de hæret. Convers. Sed tales minimè omnium Apostoli fuerunt nec etiam Lutherani sunt, in quos quantopere sævire inquisitio Hispanica soleat, in propatulo est. Vid. quæ in rem hanc adducit B. Par. L. de Magistr. Polit. § 315. ac 328.)*

(v. 19. ἄγγελος δὲ κυρίου. Conf. infrà c. 12, 7. De Angelorum ministerio vid. multa in Dispp. Isag. L. de Angelis c. 8. §. 1. seqq.)

(ἐξαγαγών. Cùm antea in carcerem coniecti fuissent Apostoli, non liberabantur per ministerium Angelorum, quò videlicet exemplum extaret, Apostolos nullis vinculis terreri posse, quò minus Evangelium prædicent. Jam per Angelorum ministerium liberantur, quò itidem extet exemplum, DEO facile esse, suos liberare. Nec tamen semper velle. Quippe cùm ea saltem velit, quæ cedunt in nominis sui gloriam, Ecclesie commodum, ac animæ nostræ salutem. Utitur verò DEUS Angelorum ministerio non ex necessitate, sed ex liberâ voluntate, ad declarandam videl. suam majestatem, bonitatem, benignitatem &c. uti multis docet B. Par. I. c. §. 4.)

v. 20. πάντα τὰ ρήματα, τῆς ζωῆς ταύτης, quidam volunt esse Hebraismum pro πάντα τὰ ρήματα τῆς ζωῆς ταύτης. *(Confirmat hanc conjecturam versio Syriaca, quæ habet ܠܘܢ ܕܢܦܝܢܘܫܘܬܐ sermones hos vite. Similiter Æthiops 𐌸𐌺𐌹𐌸𐌹𐌺𐌹𐌺𐌹 i.e. hunc sermonem vite. Arabs tamen reddidit ٤٤٤٤ ٤٤٤٤ i.e. sermones hujus vite.)*

Dicitur autem Evangelium verbum vitæ, scilicet æternæ, ut exponitur Joh. 6, 68. quia credentibus affert vitam æternam. *(Confer etiam infra c. 13. 26. item Marc. 16. 15. Rom. 1, 16.)*

(v. 21. ὑπὸ τὸν ὄρθρον. De precibus matutino tempore fusis ac fundendis, vid. è sacris Job. c. 1. 5. Ps. 5, 4. Psal. 62, 2. Ps. 92, 3. Ps. 119, 146. 147. Amos c. 4, 4. è profanis Herodotus lib. 1. Philostratus lib. 1. vit. c. 12. Tacitus lib. 3. Histor. Herodianus lib. 4. Plato lib. 10. de Legibus, Apulejus lib. 11. Seneca ep. 96. Plinius Junior lib. 10. ep. 97. Philo de vitâ contemplat. Adde è script. Eccles. Tertullianus in Apolog. c. 2. Conferantur quoque, quæ in rem hanc suppeditant B. D. Quistorpius Annotat. ad Ps. 92. v. 3. Justus Lipsius in l. 3. Tac. itemque l. 2. Ele&. c. 18. Pineda in d l. Jobi.)

(v. 22. ἔχοντες αὐτὰς ἐν τῇ φυλακῇ. Vulgatus habet: & aperto carcere non inuenissent illos. Sed Orientales de carcere aperto nihil habent. Observavit tamen Typographus Parisiensis, Codd. quosdam Græcos habuisse: καὶ ἀνοίξαντες τὴν φυλακὴν.)

(v. 23. δεσμωτήριον δὲ ὄρθρου κλεισμένων. Qui potuit clausâ januâ intrare ad discipulos, Joh. 20, 19. ac clauso sepulcro resurgere ex mortuis, potuit quoque efficere, ut per Angelum suum janua carceris aperiretur, Apostoli è carcere educerentur, ac janua carceris rursus clauderetur, neque audientibus, neque videntibus custodibus. Cæterùm quadrat huc aliquo modo historia Elisæi, 2. Reg. 6. it. quod de liberato Athanasio refertur in Historia Tripart. lib. 5. c. 2.)

(v. 24. καὶ ἱερεὺς i. e. ἀρχιερεὺς. Ceu 1. Maccab. 15, 1. & ita quoque nomen ἱερεὺς adhibetur. Vid. Drusium in Præteritis p. 164. 165.)

(ἱερατικός ἱερεὺς. Vid. notata ad c. 4, 1. ac B. D. Quistorpius in h. l. Adde quoque Dn. Dilherrum t. 1. Dispp. Academ. p. 16. seqq. Simonem Episcopium lib. 3. Instit. Theol. sect. 2. p. 66.)

*(v. 25. ἐστῶτες καὶ διδάσκοντες. Mos apud Judæos veteres fuit, ut stantes, & quidem in suggestu vel loco eminentiori, docerent, ceu patet ex 2. Paral. 6, 13. c. 24, 20. Proverb. 8, 2. Nehem.

Nehem. 8, 5, 6. Matth. 10, 27. infrà c. 22, 3. Neque tamen existimandum, quòd ex consuetudine illa Apostoli sublimiorem quendam locum hìc docentes occuparint. Conf. plura ad morem illum facientia in Annot. ad Matth. 10, 27. it. ad c. 23, 2. cum primis verò ad Luc. 2, 46. & c. 4, 20.)*

(v. 26. ἰμεγαβιάς. Neque enim Apostoli subterfugebant Magistratum, sed intrepido animo Christum profitebantur, securi de præsidio cœlesti, per saluum conductum sui Magistri Matth. 10, 17.)

(ἐφοβῶντο τὸν λαόν. Conf. Matth. 14, 5. Marc. 11, 18, 32. Luc. 20, 19. ad c. 22, 2.)

(ἵνα μὴ λιθασθῶσιν. De lapidationis supplicio vid. not. infrà c. 7. v. 58.)

(v. 27. ἔσησαν ἐν τῷ Συνεδρίῳ. Conf. Matth. 10, 17. De Synedrio Magno Judæorum consulantur auctores allegati ad Matth. 5. v. 21.)

(v. 28. ὡς ἀγγελία παρηγεῖλα μὲν ὑμῖν. i. e. severè vobis præcepimus. Facit enim repetitio ad exaggerationem. Ut Ps. 117. Castigans castigavit me Dominus. Ps. 131. Sancti exultatione exultant. Luc. 22. Desiderando desideravi. Plura exempla passim sistant auctores. Vid. Ribera Comm. in Sophon. c. 1. p. 557.)

Vultis inducere super nos sanguinem hominis illius, i. e. pœnam sanguinis à nobis effusi. *(B. Lutherus t. 5. p. 839. edit. Altenb. eum præsentis loci sensum esse vult, quòd Judæi occisionem Christi à se remotam velint, quippe cum à Romanis militibus Christus crucifixus fuerit.)*

(τὸ ἀνθρώπος τίς. Per invidiam & contemptum ita loqvutum esse Pontificem Maximum, inde colligit Joh. Buxtorfius in Lex. Rabb. Talm. pag. 76. quòd Judæi adhuc hodie Christum sæpè vocent ὡς ἄνθρωπος, quasi quem ne nominare quidem dignentur.)

*(v. 29. πειθαρχεῖν δεῖ Θεῷ μᾶλλον, ἢ ἀνθρώποις. Fundatur in Oraculo hoc Apostolico communis illa regula Theologorum, quòd obedientia, primæ Decalogi tabule debita deroget obedientia, secundæ decalogi tabule debita, cum utriq. non potest simul

simul obedientia prestari. Spectat huc exemplum tum obstetricum Ægyptiacarum Exod. 1, 17. item parentum Mosis, Exod. 2. 2. coll. cum Ebr. 11, 23. Danielis ac sociorum, Daniel 6, 10. it. c. 3, 18. Servorum Saulis. 1. Sam. 22, 17. Apostolorum h. l. & paulò ante c. 4. 18. Conf. plura in hanc rem apud B. Par. L. de Magistr. Polit. §. 474. Atque ex hac regula Petrina explicat quoque B. Lutherus locum apud Hoseam c. 5, 11. Si verò obedientia, primæ decalogi tabulæ debita non obstat, ubique secundæ decalogi tab. debita obedientia locum habet. Ita Magistratui semper præstanda obedientia est, atque adeò etiam ab omnib9, ita ut nullò hîc clerici de jure divino gaudeât privilegio. quâ de re prolixius differitur in *Analectis ad Rom. 13, 1.* nisi aliquid, quod pietati ac honestati adversatur, mandaverint. Quò faciunt sententiæ veterum Ecclesiæ Doctorum. Augustinus in Psalm. 125. de Juliano agens: *Julianus, scribit, extitit infidelis Imperator. Nonne extitit Apostata, iniquus, idololatra? Milites Christiani servierunt Imperatori infideli. Ubi veniebatur ad causam Christi, non agnoscebant, nisi illum, qui in celo erat. Quando volebat, ut idola colerent, ut thurificarent, præponebant illi Deum. Quando autem dicebat: producite aciem, ite contra illam gentem: statim obtemperabant. Distinguebant Dominum eternum à Domino temporali.* In eandem rem & Theodoretus in c. 13. ep. ad Rom. *Sivo, scribit, Sacerdos est aliquis, sive antistes, sive Monasticam vitam professus, is cedat, quibus sunt mandati Magistratus. Clarum est autem, si cum pietate: non enim si DE præceptis repugnent, Magistratibus parere permittitur.* Confer etiam *Analecta ad Matth. 22. v. 20.* Cæterùm eodem spectat mandatum Salvatoris, quòd tempore persecutionis ac confessionis, religionem amicissimis etiam, si nempe retrahere nos velint, præferre debeamus. Quo sensu B. D. Tarnovius Com. in Mich. c. 7, 5. accipit & illud Christi Matth. 18, 8, 9. Cum primis verò huc facit Matth. 10, 10. Porro quod attinet obedientiam Magistratui subtrahendam, sunt, qui tum quoque id fieri posse censent, ubi Magistratus aliquid mandaverint, quod libertatem Christianam evertat, & conscientias hominum turbet. Verùm notandum, quòd conscientia non debeat esse

esse erronea, quòdque necesse sit, ut illud, quod in *Adiaphoris* Magistratus imperat, pugnet cum verbo DEI. Cæterum de *Adiaphoris* & libertate Christiana alibi prolixius egimus. Cæterum quòd Deo (ac legibus etiam honestis) magis, quàm hominibus obedire debeamus, ipsi quoque saniores gentiles agnoverunt, prout *Antigoni* aliorumque exemplo pulchrè ostendit *B. D. Quistorpius* in h. l. Ubi etiam egregiam *D. Bernhardi* ex ep. 7. in hanc rem allegat sententiam. Addatur quoque *B. D. Meisnerus* in *Hofæ* cap. 7. v. 3. & cum primis etiam *Schickardus* in *תלמוד שופט* s. de Jure Regio Ebræorum cap. 4. circa finem.) *

v. 30. ὁ θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν ἤγειρεν Ἰησοῦν. Quidam accipiunt de resurrectione ex mortuis: sed quia statim sequitur, quem vos interemistis suspendentes in ligno, commodius exponitur de vocatione ad officium, ut sit sensus: excitavit eum ad fungendum munere Christi.

* (De Resuscitatione ex mortuis accipit quoque *Joan. Hofmeisterus* Comm. h. l.) *

v. 31. δεχνηγὸν καὶ σωτήρα. Videtur esse figura, ἐν ἑξήκοντα δύο, & dictum pro δεχνηγὸν τῆς ζωῆς.

*(δεχνηγὸν. Vid. supra not. ad c. 3, 15. & adde omninò *B. D. Glasium* in Exeg. Epist. Feriâ 3. Pasch. circa initium.) *

*(καὶ σωτήρα. Notat quidem nomen hoc aliquando Salvatorem corporalem s. qui ex corporalibus calamitatibus aliquem liberat. Sed quando de DEO vel Christo adhibetur in N. T. tum nusquam excluditur, sed potius includitur spiritualis salvatio. Conf. *Matth. 1, 21. Luc. 1, 47. c. 2, 11. Joh. 4, 42. 1. Tim. 2, 5. 6.* Id quod notandum contra *Photinianos*, de quibus *B. D. Meisn.* in *Theol. Photin.* p. 824. B. Par. L. de Justif. § 39. *B. D. Gravv.* tr. de Satisfact. Christi, *Photinians* opposito.) *

*(ὕψωτε. Ineptè hinc inferunt *Photiniani*, quòd Christus, eum ad hoc exaltatus à Deo sit, ut daret pœnitentiam & remissionem peccatorum, sit saltem causa remiss. peccatorum ministerialis, adeoq. nec verus ac summus DEUS. Etenim notandum, quòd non dicatur, per exaltationem demum obtinuisse hoc Christum, ut posset peccata remittere, erat enim δεχνηγὸς ζωῆς jam tum in

D

statu

statu exinanitionis, supra c. 3, 15. δεχνηγός καὶ τελειωθῆς τῆς πίστεως, Ebr. 12, 2. κύριος δόξης, 1. Cor. 2, 8. sed respectus saltem habetur ad subiectum, nempe ad Christum hominem, qui fuit in plenariam gloriam inthronisatus. Conf. Luc. 24, 26. supra c. 3, 21. Philipp. 3, 21.)*

(ὕψωσε τῇ δεξιᾷ. De sessione Christi ad dextram DEI, & quid per illam denotetur, alibi ostensum est. Vid. Analect. ad Matth. c. 25, v. 33. c. 26, 64. it. ad Coloss. 3, 1. nec non ad Rom. c. 8, 34. Hoc loco notamus saltem 1. pulcrum illam antithesin actionum DEI & Judæorum circa Christum, quam Petrus hic indicat. Judæi Christum interficiunt, sed DEUS ipsum resuscitat. Judæi suspendendo eum in lignum crucis, summam afficiunt ignominiam, sed Deus ad dextram suam exaltando afficit celesti gloria. Judæi vocant Pseudopropheta & seductorem, sed Apostoli prædicant eundem salutis æternæ autorem ac Salvatorem. Judæi cupiunt, Evangelium de Christo silentio æterno involvi, sed DEUS curat illud per Apostolos, tanquam electos testes intrepidè per totum orbem prædicari & manifestari. 2. quòd minimè ex hoc loco ostendi possit, Christum secundum divinam etiam naturam ad DEI dextram sedere f. exaltatum esse, id quod Anonymus quidam Calvinianus tr. cōtra B. Joh. Schröderum edito, affirmavit, cujus ratiunculis satisfecit laudatus Schröderus in Sceptro Regali Christi p. 293. & 298. qui evolvatur.)

δέναι μετάνοιαν τῷ Ἰσραὴλ. Toss. per pœnitentiam intelligit sanctificationem per SS., per remissionem peccatorum justificationem, ut sic duo principalia beneficia, Christi passione & resurrectione parta exprimantur. *(Cùm h. l. sicuti & aliis in locis, vid. Jerem. 18, 8. Ezech. 18. & 33. Luc. 13, 5. c. 24, 47. supra c. 2, 38. c. 3, 9. infra c. 8, 22. pœnitentia peccatorum remissioni sive justificationi præmittatur videtur hinc adstrui error Scholasticorum (videatur Lombardus 2. Sententiarum dist. 27. Thomas de Aquino, Scotus, Bonaventura &c.) quorum sententiam hodie quoque Pontificii approbant, (ceum apud Bellarminum lib. 2. de pœnit. c. 12. aliosque videre est) quòd nempe, contritio sit meritum de congruo remissionis peccatorum.

Quod

Quod dogma Catechesis etiam Trident. p. 290. inculcat, ubi hæc leguntur: *Ex quo licet cognoscere, vera contritionis eam esse vim, ut illius beneficio omnium delictorum veniam statim impetremus.* Verùm Resp. 1. Si contritio esset meritum de condigno remissionis peccatorum, sequeretur, omnes, in quibus contritio est, remissionem consequi. Ast contrarium testantur quamplurima exempla eorum, qui licet seriam habuerint contritionem, uti Judas Iscarioth, nihilominus non consequuti peccatorum remissionem sunt. 2. Concedimus, quòd contritio ad seriam pœnitentiam, adeoque etiam ad peccatorum consequutionem necessaria sit, non verò, ut meritum consequendæ justificationis sive peccatorum remissionis, nec ut medium apprehendendæ gratiæ divinæ, quia non contritio, sed fides apprehendit gratiam, in Evangelio oblatam. Præterea contritio non ex Evang. est, sed ex lege. Jam verò justificamur gratis sine operibus legis, nec lex vim habet apprehendendi meritum Christi, per quod justificamur & remissionem peccatorum consequimur, sed fides. Interea facilè largimur, quòd contritio seriæ pœnitentiæ pars sit, adeoque ad peccatorum remissionem etiam requiratur s. necessaria sit, ratione nempe ordinis divinitus constituti. Christus quidem oleum misericordiæ in corda nostra vult effundere, sed necesse est, ut malleo legis ea priùs sint contrita. Vult ipse tanquam cœlestis medicus animæ nostræ vulnera sanare, sed homo debet eadem priùs agnoscere, ac Deo manifestare: ex lege verò est agnitio peccati, Rom 3, 20. Quando proinde in Sc. S. pœnitentia præmittitur peccatorum remissioni ac justificationi, non hoc accipiendum id sensu est, ac si per contritionem, vel promereamur vel consequamur peccatorum remissionem, ita ut ipsa justificationis nostræ vel meritum vel medium sit. Non, sed hoc idèò fit, quia altera pars pœnitentiæ fides est, quâ gratiam DEI apprehendimus, altera verò contritio, quæ ratione ordinis requiritur. Sunt, qui dubium hoc solvi posse censent, si distingvatur inter *justificationem nostram, quæ apud Deum fit, & quæ nobis patet & confirmatur.* In istâ consideratione justificationem non sequi, sed præcedere resipiscentiam nostram,

probant ex Esaiæ 65, 1. Rom. 9, 30. c. 10, 20. si verò ead. confide-
retur, quat. nobis innotescit, largiuntur, quòd justificationem
resipiscentia nostra præcedat. Non tamen ut meritum, sed ut
medium saltem, ratione ordinis divinitas constituti, nec ta-
men ratione justificationis efficiendæ, sed saltem cognoscen-
dæ: siquidem nemo de justificatione sui certus esse vel cognos-
cere eam possit, nisi qui resipuit. Atque eo sensu accipien-
da esse monent tum præsens, tum cætera dicta initiò allegata.
Equibus liquet, quòd pœnitentia non *effectiorem*, sed *patesa-*
tionem saltem justificationis nostræ præcedat; nec ejus
causa, sed saltem *signum* sit. Cum primis verò observandum,
quòd *gratis* s. sine operibus justificemur, Rom. 4, 6. c. 11, 6. si ve-
rò pœnitentia, ratione contritionis spectata, quod Pontificii
volunt, vel meritum vel causa efficiens justificationis esset, cer-
tè non gratis justificaremur. Si præterea ipsa pœnitentia est
DEI donum, quippe cum **DEUS** det s. excitet eam per verbi sui
auditum vel lectionem, Conf. Ezech. 11, 29. c. 36. 26. 2. Tim. 2,
25. 26. sequitur, quòd eadem non sit hominis meritum. Ineptus
quoque Elias Prætorius est, qui ex eo, quòd Christo hîc adscri-
bitur, quòd det resipiscentiam & remissionem peccatorum,
evinci posse, sibi persuasum habet, Christum solum h. e. absq;
verbo prædicato operari resipiscentiam. Etenim unius positio
non est alterius exclusio, nec contraria habenda, quæ sunt sub-
ordinata. Christus utique dat resipiscentiam & remissionem
peccatorum, sed non *ἀμέσως*, verùm *ἐμμέσως*, nempe per ver-
bum & Sacramenta. Vid. etiam Dn. D. Müllerus in Probatio-
ne Spiritus El. Prætorii p. 285. seqq. Contra Synergistas deni-
que, qui itidem oraculo hoc ad probandas **L. A.** vires abutun-
tur, consuli potest B. D. Hutterus in Explic. F. C. p. 223. seqq.)*
*(v. 32. καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. Monet B. Par. Dilpp. l. sag.
L. de Sp. S. c. 1. § 34. digitum hîc intendere Apostolum ad *Bap-*
tismum flaminis. De quo vid. notata ad c. 2, 2. it. infra ad c.
19, 4. seqq. quemadmodum etiam ad Matth. 3, 11.)*
*(ὁ (sc. τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον) ἔδωκεν ὁ θεὸς τοῖς πειθαρχήσασιν
αὐτῷ. Ast contrarium videtur haberi Rom. 8, 7. Resp. per *obedi-*
entes intelliguntur vel illi, qui quidem *novum renati* sunt, in-
terea

terea tamen verbum DE legunt, audiunt &c. atque his S. Sanctum dari constat, non quidem quasi per externum illum auditum conversionem ac Sp. Sancti donationem mereantur vel gratiam præveniant, sed quia media conversionis divinitas ordinata non contumaciter respuunt; vel sermo est de illis, qui iam tum *conversi fideles* sunt, quomodo B. D. Hutterus in Explic. F. C. p. 226. ac B. D. Cundis. in Comp. Hutt. p. 658. h. l. accipiunt, atque tunc Spiritus Sancti donatio intelligenda est de donorum Sp. Sancti augmento, s. de donis illis Sp. S. miraculosis, in primitivâ Eccl. usitatis, Matth. 13. 12. 2. Thess 1. 3. Et ita, nempe de miraculorum dono, exponunt quoque hunc locum ex nostratibus B. D. Fewrbornius t. 8. Dispp. Giesens. Diip. 2. §. 45. B. Par. L. de L. A. §. 96. ex Pontificiis Joannes Hofmeisterus F. Erem. D. Augustini per utramque Germaniam Generalis, Comm. h. l. Porro Photiniani ex eo, quod Spiritus S. dicitur dari, donari ac donum, evincere conantur, quod ipse non sit verus DEus, s. persona SS. Trinitatis, quorum argutiis satisfiet infra in Anal. ad c. II, 16.)*

v. 33. διεπεριοντο dissecabantur, quia λογος τῷ Ἰησοῦ est gladius διουμτος. Luth. Es gieng ihnen durchs Herz. Toss. Sie bissen die Zähne zusammen.

(v. 34. ὀνόματι Γαμαλιήλ. Quis hic Gamaliel fuerit, num filius Simonis, Nepos Hillelis, an verò Gamaliel Senior, in cuius funere Onkelos 70. mnas refinæ combuffit, hæret Drusus, qui potest videri lib. V. Præter. p. 165. Multi sentiunt, quod ille ipse fuerit, ad cuius se pedes sedisse, Apostolus Paulus Act. 22. 3. commemorat. Ita statuunt Joan. Hofmeisterus, Jes. Lorinus in h. l. Guil. Schiekardus in תלמוד שמשפ. 10. existimat, fuisse Gamaliel hunc Collegam succenturiatum Esdræ, Haggæi &c. in illâ celeberrima הגדולה הגדולה Synagoga magnâ. Illud fastulosum videtur, quod Clemens in Recognit. lib. 5. c. 9. tradit, fuisse sc. Gamaliel hunc Apostolorum in fide socium, sed eorum consilio permanfisse apud Judæos, ut eorum in tali turbine posset sedare furorem.)

*(v. 35. μεροσέχεσε εαυτῶς. Deliberandum diu, quod statuendum semel, nec de aliorum vita, quæ semel ablata restitui nequit, præcipitanda sententia est, Quâ in re graviter lapsi

Nabuchodonosor, Daniel. 3, 13. seqq. ac Imper. Theodosius. De cuius ferali in Thessalonicenses sententia videndus Ruffinus est lib. 2. H. E. c. 18. it. Sozomenus lib. 5. c. 24. Quâ etiam effectum, ut Ambrosius ad pœnitentiam admittere eum prius haut voluerit, quàm ut legem à juniore Valentiniano latam, quæ habetur l. si vindicari c. de pœn. confirmaret, de differendâ scil. in diem trigesimum capitalis sententiæ executione. Benè proinde Sallustius de Bello Jugurth. *Antequam incipias, consulto; ubi consulueris, mature facto opus est.* Gemella habent Laërtius lib. 1. de Vit. Philos. ac Aristoteles lib. 6. Ethic. c. 9. Consulatur omninò Erasmus Roterodamus in Chiliad. Adag. tit. *Festina lente.*)*

v. 26. *ὁ θεός* ὁ Θεός. Niceph. lib. 2. cap. 11. ex Josepho l. 20. A. J. C. 2. de hoc Theuda sic scribit. *Cum Fadus Judææ præesset, impostor quidam, Theudas nomine, persuadet ingenti hominum multitudini, ut facultatibus suis secum receptis, ad Jordanem, fluvium se consequeretur, dicebatur enim propheta esse. Is quod se jussu suo fluvium eum divisurum, facileq; eis transitum præbiturum esse polliceretur, multos seduxit. Cœterum Fadus eos illa vesaniâ non diu frui passus est. Turmam enim equitum in eos immisit, qui illos ex improvise oppressos partim trucidant, partim captivos abducunt. Ipse quidem Theudas vivus in eorum pervenit potestatem, ejusq; necati caput Hierosolymam perlatum est.* *(Beza in Annot. h. l. alium omninò Theudam esse putat, cujus hîc à Lucâ mentio fit, ab eo, cujus Josephus d. l. meminit, ac proinde magnopere hallucinatum esse Eusebium lib. H. E. 2. scribit, quando ad h. l. accommodavit, quæ Josephus lib. 20. A. J. C. 2. de quodam mago Theudâ commemorat. Id quod inde clarum esse censet, cum Josephus testetur, hunc Theudam, cujus ipse meminit, exortum simul & extinctum fuisse Cuspio Fado Judæam administrante. Atqui, subjicit Beza, hunc Fadum constat Judææ præfuisse, cum post Agrippæ mortem iterum in provinciam esset redacta, anno videl. Claudii quarto. Superest ergò, concludit, ut ista vel post Agrippæ mortem à Gamaliele dicta sint, vel de alio Theuda accipiantur &c. B. D. Major in Exeg. h. l. controversiam hanc, num unus sc. Theudas fuerit, cujus tum hîc tum

tum apud Josephum mentio fit, an verò distincti, antiquariis dirimendam relinquit. Lud. Cappellus in Spicileg. p. 70. existimat, *Judam Gaulonitem* Josephi, & *Judam Galileum* Lucæ eundem esse: sed *Gaulonitem* dici à Josepho, quia Gaulonæ erat oriundus, *Galileum* autem à Luca. Quia, inquit, etsi Gaulon non pertinebat ad Galilæam, propriè & strictè sic dictam, tamen de Galilæa censerì poterat, quat. in N. Test. paullo latius sumitur Galilæa &c. Addit: *Potest & hic Luca Thaudas idem esse cum Josephi Theuda, etsi tempus non congruat. Si dicamus, lapsu μνημονω* nō à Luca conjuncta esse duo facta vicina & affinia *Juda & Theuda*, quod utrumq; ad Gamalielis propositum faceret. *Qui lapsus μνημονω* facile obrepunt, quum propositum nobis non est rerum gestarum seriem ordine narrare & accuratè notare, sed obiter & ex occasione datà aliquid, quod ad rem nostram facit, commemorare, verbulo, quod hic fit à Luca. Atq; hujusmod. lapsuum μνημονω exempla nonnulla ab aliis notata sunt in Sacris Scriptoribus, & mox infra c. 7, 16, unum notabimus. Haecenus Cappellus. In cujus discursu minimè approbationem meretur, quòd Evangelistæ Lucæ, Scriptori τὸ πρὸς τὴν ἀρχὴν φεγγυδὴν lapsum μνημονω tribuit, idque eà solùm de causâ, quòd aliàs non satis illi conveniat cum Josepho, Historico Judaico, gravissimo quidem omnium disertissimoq; (prout de eo Philologorum nostri seculi facile Princeps D. Thomas Reinesius lib. 3. Var. Lect. c. 13. judicat) attamen & profano, & in quo non omninò aliàs nihil occurrit, quòd Viri docti in dubium vocent. Quanto rectiùs igitur judiciosissimus Casaubonus, (cui & ipsi aliàs Josephus accuratè vir diligentie audit, quemadmodum etiam passim eundem contra importunas Cardinalis Baronii accusationes defendit) simili in casu Josepho potiùs, quàm Evangelistæ errorem tribuit. Hec, scribit, *discrepantia*, (quæ nempe inter Evangelistas & Josephum de Herodiadis marito &c.) quum nullam conciliationem admittat, nullum est dubium, errasse Josephum, & quidem graviter. Error enim est & mendacium, quicquid divinis repugnat oraculis. Jure igitur à Baronio reprehensus hoc loco Josephus. Extenuare quidem Cappellus adsertum suum, quo Evangelistæ memoriæ lapsum tribuit, satagit, tum quòd

Nota ad Cap. V. Actorum.

quòd non fuerit Luca propositum, seriem vivam gestarum ordine narrare, tum quòd ab aliis etiam hujusmodi lapsum *μνηστικῶν* exempla nonnulla in sacris Scriptoribus annotata sint, ceu ipse quoque mox c. 7, 16. unum sit annotaturus. Verùm ut ut majus periculum fidei nostræ immineat, si in dogmatibus lapsum Scriptoribus sacris (quo nomine hîc intelligimus eos, à quibus libb. Biblici Canonici exarati sunt) tribuere quis velit, hautquaquam tamen existimandum, quòd absque infallibilitatis ac Sp. Sancti adfidentia, quam in munere hoc Prophetæ, Evangelistæ & Apostoli habuerunt, præjudicio, etiam in historicis lapsus memoriæ tribui illis possit. Graviter omninò augustissimus Episcopus Hipponensis Augustinus ep. 8, ad Hieronymum: *Admisso, scribit, in tantum autoritatis fastigium aliquo mendacio, nulla particula horum librorum manebit, que non possit in dubium vocari.* Et ne quis existimet, quasi laudatus Doctor mendacia à Scriptoribus sacris removeant saltem, five ea, quæ ex malitia vel mentiendi studio proficiscuntur, a libi, puta lib. 2. de Consensu Evang. adhuc clariùs suam aperit mentem, dum ita: *Omni falsitatem abesse ab Evangelistis decet, non solum eam, que mentiendo promittitur, sed etiam, que obliviscendo.* Quòd alterum Cappelli monitum attinet nempe quòd alii quoque memoriæ lapsum Scriptoribus tribuere sacris non dubitarint, respondemus, concedendo, eò provectos audaciæ nonnullos Pontificios jamtum superiori seculo fuisse, ut tale quid adseruerint, ceu de Erasmo Roterodamo patet ex Annot. ejus ad c. 27. Matth. De Alberto Pighio aliisque Pontificiis idem confirmat B. Par. Append. ad Confess. Cathol. art. 1. in respons. ad Quer. Advers. 8. Idem & Calvinianos quoque nonnullos facere, ostendunt B. D. Waltherus Offic. Bibl. p. 13. ac B. Par. Dispp. Acad. p. 755. Photinianos, juratos illos SS. Trin. hostes, itidem tale quid pronunciare, pariter testatur B. Par. tum in Dispp. Acad. l. c. tum in Præfat. t. 1. Harm. Evangelicæ. Conf. etiam B. D. Calovius in Socin. Proflig. Sed nec hoc nos fugit, quòd si vel maximè Sociniani unanimiter errorem illum de lapsu memoriæ Scriptorum Sacrorum amplecterentur, Pontificiorum tamen ac Calvinianorum plerosque rectius sentire,



tire, adeoque omnem lapsum ab istis Sp. Sancti amanuensis-
bus quam longissimè remove. Ipse certè Iesuita Conzeni-
us in c. 27. Matth. reprehendit Erasmus, quòd tale quid adse-
ruerit. Gratuletur verò sibi Cappellus, quantum velit, quòd
alibi quoque huiusmodi lapsus in Scriptoribus sacris depre-
henderit, ceu non solùm infra ad c. 7, 16. sed etiam ad c. 23, 35.
Matthæi, idem hoc affirmat, certè omnibus divinam Scr. S. au-
toritatè magni, ceu decet, æstimantibus *Φοβικὰ ἀγίσματα* talia
pronunciata erunt, uti graviter non minùs, quam piè iudicat
Dn. Dilherrus Eclog. Sacrar. p. 368. Ast ipse fortè Cappel-
lus deprehendit, quòd vix applausum virorum doctorum re-
sponsione data reportaturus sit, (quemadmod. etiam in Cri-
tica Sacra lib. 6. c. 6. & 7. ubi summo studio exempla Biblica
collegit, quæ talem sententiam adstruere possint, disertè scri-
bit, quòd ejusmodi lapsus ad Scribarum & Librariorum indiligen-
tiam, quam ad ipsos sacros Scriptores referre malit.) pergit pro-
inde ibidem: *Quod si cui hac conciliandi ratio durior videtur,*
poterit Φσάλμα μνημονικὸν Josepho tribuere, qui factum Theuda in
Claudii Imperatoris tempus assignaverit, quod secundùm Lucam
Christi nativitatem videtur precessisse. Addit verò: Sed neque
istud facile persuaseris ei, qui Josephi historiam & verum gestarum
seriem apud eum legerit. Non immeritò miratio hîc subit,
cur Cappellus adeò suspenso calamo Josepho Historico lapsû
memoriæ tribuat, cùm Scriptorib9 sacris satis audacter talem
adsignet. Imò in Josepho potiùs memoriæ lapsum viri docti
hîc agnoscut. Quid verò Cappellus? Veritus, ne injurius in
Josephum sit, aliam medelam quærit, pergit enim: *Itaq; & sic*
fortè componi atque conciliari possit ejus narratio cum Luca, si di-
camus, primò factam hic esse apud Lucam in narratione verborum,
metathesi, ita ut ista sic legi debeant, αὐτὸς δὲ τῶν αἰέση Ἰσδάς ὁ
Γαλιλαῖος &c. & deinde μετὰ τῶν δὲ αἰέση Θιδάς, λέγων &c.
secundò, si dicamus, ista verba μετὰ τῶν αἰέση Θιδάς &c. includi
parenthesi, & verba esse non Gamalielis, in Synedrio sententiam di-
centis, sed Lucæ scribentis, & velut interfantis, fastumq; Theuda
eum illo Juda Galilei ob similitudinem conjungentis. E quibus
E iterum

iterum liquet, quòd ipsi textui authentico vim potius inferre Cappellus laboret, quàm vadimonium causæ pro Josepho deferere. Cur non potius heroicum illud Casauboni responsum arripit, supra adductum, si omninò Josephum cum Evangelista hîc conciliari posse, desperat. Sed fortè non deerunt viris doctis alia conciliationis media. De quibus ulterius hîc cogitare, instituti nostri ratio non permittit. Faciat, cui otium est, modò ita conciliationem instituat, ne vel textui authentico vis inferatur, vel Scriptori sacro memoriæ lapsus tribuatur. Illud verò non incommodè Chrysostomus monet, à Gamalielle illum, qui plures deficere fecerat, (puta Theudam) posteriori ponit, (h. e. post Judam,) nimirum quo crescat oratio. Nec obstant verba μετὰ τῆτον; siquidem hæc non ratione temporis, sed ratio numeri videntur accipienda, ita ut notent ultra, deinde, præterea. ceu B. Par. in Annot. monet. Faventque huic sententiæ ex Pontificiis Gagneus ac Joh. Benedicti, it. Martinus Cantepratenfis S. Hypotyp. p. 364. & subindicat eandem Eman. Sa h. l. Cæterùm quæ de Theudâ quodam apud Talmudicos reperiantur, accuratè collegit Joh. Buxtorfius in Lex. Rabb. Talmud. ד 717 p. 2565. 2566. qui tamen aliorum iudicio committit, an Theudas ille sit vel Lucæ in Actis c. 5, 36. vel Josephi, A. J. lib. 20, c. 2. vel alius ab utroque.)*

Ἐγένοντο εἰς ἑδὲν, redacti sunt ad nihilum. Nota contra Photinianos, non absolutum ἑδὲν σπρον hac phrasi exprimi. Postea enim v. 37. exponitur διεσκορπίθησαν.

v. 37. μετὰ τῆτον, non ratione temporis, sed numeri hoc accipiendum, cum eo surrexit, quia ex Josepho constat, Judam prius exurrexisse, quàm Theudam.

Ἰούδας ὁ Γαλιλαῖος. De Juda hoc, quem Gamaliel pro more indiscretim historias recitantium, inverso ordine Theudâ posteriorem facit, legi potest Josephus lib. 18. Antiquit. Judaicarum c. 2. item Eusebius lib. 2. cap. 11. Post Judam verò ac Theudam venit Barcochebas sub Adriano Imperatore, de quo idem Eusebius agit lib. 4. c. 7. *(Porro ex Judæ Gaulonitæ secta fuisse eos, quos Pilatus sacris, nempe agno Paschali intentos;

tentos in ipsa rerum novarum molitione oppressit, cuius rei Lucas quoq; c. 13, 1. 2. meminit, Hugo Grotius in Annot. ad d. l. omnino credibile esse scribit, & Graecorum Interpretum plerosq; ita sentire attestatur. De eodem illo Juda Joh. etiam Drufius in Præter. l. 5. p. 105. ex Salmanticensi Judæo Abrahamo refert, quod autor fuerit Judæis rebellandi contra Romanos, dicens, neminem imperare debere hominibus, neque Dominum vocari, nisi Deum solum. Vid. plura de hoc apud Scaligerum de Emend. Temp. p. 504. nec non apud Druf. l. c. qui tamen alium hunc esse vult à Juda Gaulonitâ, cuius Josephus meminit. Idem & Beza in Annot. statuit. Sed contrarium tenet B. D. Quistorpius in Annot. ad h. l. Conf. etiam B. D. Major in h. l.) *

* (ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς ἀπογρῆφῆς. Docent viri Docti, quod hæc altera fuerit descriptio post primam illam, cuius Lucas c. 2, 2. mentionem facit. Vid. Scaliger in Animadv. ad Euseb. p. 160. 162. Drufius in Præter. p. 166. Spanhemius Dubiorum Evangel. part. 2. dub. 3. B. D. Quistorpius in h. l. ubi etiam addit, quod in utraque Cyrenius adhibitus fuerit, describens, & omnia tanquam ad id ab Imperatore missus administrans. Quâ de re omnino quoq; evolendus Hugo Grot. est Annot. ad Luc. 2, 2. Observatione etiam dignum est, quod priori descriptioni tributorum indictio atque exactio non accesserit, (unde nec à Josepho Historiographo Judæo, descriptionis illius mentio facta est) quippe cum tum temporis Judæa nondum in Provinciæ formam esset redacta, sed posteriori. Quæ etiam turbis variis occasionem præbuit, eaque de causa & Josephus lib. 18. A. I. c. 1. hujus posterioris meminit. Idem quoque monet B. D. Major in Exeg. h. l. ubi etiam commodè contra L. Cappellū urget, quod si hoc observetur, duplicem nempe fuisse ἀπογρῆφην, cui utriq; etiam Cyrenius præfuerit, non opus sit, textum Græcum Luc. 2, 2. expungere aut delere.) *

* (v. 38. ὅτι ἐὰν ἢ ἐξ ἀνθρώπων &c. Gemella ferè sententia veterum Rabb. legitur in פְּרָקֵי אֲבוֹת s. capitulis Patrum c. 5. hujus tenoris: *Omnis contentio, qua fit propter Deum, tandem stabilis erit, & qua non fit propter Deum, non erit stabilis.*



Cœterùm disquiri hîc solet, an Consilium hoc Gamalielis fuerit omni ex parte rectum & laudandum? Resp. fuit, 1. *ratione intentionis*: voluit nempe eo ipso mitigare iratos Collegarum animos, adeoque sanguinolenta eorum consilia intervertere, ne innocens Apostolorum sanguinis effundatur. 2. *ratione doctrinae cœlestis approbationis*. Licet enim totum propè Concilium doctrinam illam, quam Apostoli proponebant, de Christo nempe ejusque resurrectione, anathemate dignam proclamaret, ipse tamen minimè condemnatione dignam eam censuit, adeoque nec Apostolos propterea supplicio affici debere, palam professus est. 3. non satis rectum censetur *ratione hesitationis* l. *dubitationis*. Ut ut enim ipse non auderet doctrinam Apostolorum condemnare, hautquaquam tamen debuisset totum negotium eventui (ut qui perquam incertus, minimeque indubiè religionis veritatem probat, ceu vel solus Mohammedismus, qui amplius mille annos duravit, abunde docet.) Committere, quin potius in doctrinam Apostolorum ulterius inquirere, num vera, vel falsa illa sit. Si vera, uti omnino fuit, debuisset tum palam eam profiteri; si verò erronea, non debuisset negotium adeò grave futuro eventui committere, sed errorem compescere. Neque enim existimandum est, suo satisfacisse Magistratum officio, si ubi aliqui nova quædam in religione dogmata disseminare velint, rem tanti momenti eventui commiserit: imò potius convenit pio Magistratui, ut accuratam doctrinæ instituat inquisitionem, & ubi deprehenderit, verbo divino consentanea, adeoque salubria esse, quæ in religione proponuntur, eadem approbet & subditis fideliter inculcari curet; si verò dissentanea, in tempore supprimat, ne innocentes seducantur. Cœterùm de cura Magistratûs Politici circa sacra, quam Papicolarum penitus Magistratui Christiano adimunt ac soli clero vendicant, passim argunt Theologi nostrates. Vid. B. D. Tarnovius in Synopsi Controv. de Magist. Polit. c. 3. B. D. Gisenius in Papismo Disp. 18. §. 96. seqq. B. D. Höpfn. in Evang. Sax. p. 145. B. D. König Cas. Catech. p. 655. seqq. it. p. 686. B. D. Hutterus LL. Maj. pag.



1015. seqq. B. Par. L. de Magist. Pol. §. 165. seqq. it. Confess. Cathol. art. 8. c. 1. alii. quibus è JCrus adjungi possunt Dn. D. Richter ad authent. l. 1. Cod. tit. 5. Dn. D. Carpzov. Jurisprud. Consist. lib. 1. tit. 5. d. 69. n. 4. & lib. 2. tit. 16. d. 259. n. 11. Antonius Faber libb. de Relig. regenda. An verò Magistratus, & quibus in casibus diversas religiones in territorio suo tolerare possit, de eo videri possunt B. D. Gisenius l. c. Disp. 20. §. 40. seqq. B. D. Bald. Cas. Consc. p. 181. seqq. B. D. Huttenrus l. c. p. 1024. B. Par. L. de Mag. Pol. §. 199. & 200. Quàm imbecillis verò sit argumentatio Bellarmini, quando è præfenti Gamalielis dicto adstruere conatur, quòd perpetua duratio, quo nomine Papicolæ externum intelligere splendorem solent, sit Ecclesiæ nota, è quòd juxta Gamalielē ea, quæ ex hominibus sunt, dissolvantur, nec diu subsistere queant, prolixius ostendit B. Par. L. de Eccles. §. 172.)*

* (v. 39. εἰ δὲ ἐκ θεῶν ὄντι, ἔδωκα δεκταλάσαι. Sententiam hanc non ineleganter JCrus nobilissimus Conradus Rittershusius lib. 1. Sacrarum lectionum c. 18. his expressit verbis :

*Viribus adnixus licet omnibus, hanc tamen unquam
Efficies, quod noluerit divina potestas.
Omnibus adnixus nervis quoq, non tamen unquam
Impedies, quod constituit divina voluntas.*

Atque hujus ipsius sententiæ veritatem exemplo Juliani Apostatæ pulchrè d. l. laudatus vir confirmat.)*

ἑομᾶχοι sunt omnes, qui cursum doctrinæ Evangelicæ impedire conantur, quique ministris verbi reluctantur.

* (v. 40. Ἐπεὶ θῆσαν δὲ αὐτοῖς. Putà in eo, quòd non interfecerint Apostolos, ceu in animo antè habebant, v. 33. Neq; enim existimandum est, Gamalielē voluisse, ut Apostoli cæderent, vel ut edictum illud prius, quò Apostolis interdictum erat, ne prædicarent, repeteretur ac renovaretur.)*

* (δειγματισ, cædi Apostolos curant, tum quòd Concilio inobedientes ac temerarios eos judicarent, ejusmodi enim verberationis pœna infligi apud Judæos solebat; tum ne fru-

fra Concilium coactum videri posset, tum denique, quò & Po-
pulo & Apostolis timorem ineuterent, ne hi deinceps tantâ
constantiam Evangelium de Christo prædicarent, ille verò ne
adeò tenaciter Apostolis adhæret. Porro pœnam illam ab
eo iudicio, quod *Quadragesima* dictum, inflictam fuisse, Arias
Monranus censet. Vid. B. D. Quistorpium in h.l. De ipsa
verò *flagellationis* pœnâ, quinam cum primis ex constitutione
vel divinâ, vel synedrii illi subiecti fuerit, agunt Interpretes ad
Deut. 25, 23 & 2. Cor. II, 24. Cum primis verò prolixius rem
hanc pertractat B. Par. Com in Deut. l. c. Joan. Seldenus l. 2. de
Synedrio Vet. Ebræorū c. 13. tit. 6. seqq. Add. Buxtorffius præf.
ad lib. de Abbrev. Ebr. Fagius in Annot. ad Targhum Onkeli
Deut. l. c. Joh. Coccejus ad Sanhedrin. Simon Episcopus lib.
3. Instit. Theol. sect. 2. c. 11. tit. 1. p. 120. 121. Quandoquidem
etiam Apostolus Paulus 2. Cor. II, 24. notanter memoret, quòd
quingies à Judæis quadragesima plagas minus unâ acceperit, h. e.
itidem casus fuerit, ceu hîc Petrus ac Collegæ, operæ pretium
videtur, nonnulla de flagellatione illa commemorare. Et au-
torem quidem pœnæ illius inter Judæos principalem DEum
esse, satis constat ex Deut. 25, 2. 3. In quâ constitutione licet
DEus quadragesima plagis fontes percuti iusserit, videntur ta-
men Judæi quibusdam unam omisisse. Sed monent Rabini,
quòd is legis sensus fuerit, ut juxta illum numerum fontibus
plagæ incutiantur, qui quadragesimo proximus sit. Christia-
ni quidam Interpretes unam plagam ideò subtractam à Ju-
dæis censent, quò clementiæ ac humanitati non omninò nihil
se dare videantur. Sed si ex commiseratione omisissent, non
unam semper, sed plures omisissent. Et constat prætereâ, quòd
aliquando etiam in octodecim plagis quieverint, ubi nempe
periculum, ne moreretur casus, si omnes triginta novem infli-
gerentur. Non videntur autem Judæi ulla commiseratione er-
ga Paulum tacti, ut quem odio plusquàm Vatiniano prosequen-
bantur. Posset etiâ aliquis cum Seldeno d. l. existimare, propte-
rea omisisse Judæos unam plagam, ne mandati divini limites
excederent, si præter intentionem fortè una adjiceretur qua-
dra-

dragenis illis. Verum notant Rabbini, quod cum lorum, quo reus percutiebatur, fuerit divisum, & ita quidem, ut singuli ius triplices fuerint, dum nempe longius lorum pectus & anteriorem ventrem, breviora vero duo tergum percuterent, tredecim saltem plagas inflixerint, quippe cum ter tredecim faciant triginta novem. Quae res si ita se ex constitutione divina habet, omnino numerus rotundus pro certo apud Mosen positus videtur. Patet vero ex textu Mosaico, quod fontes fuerint prostrati, & insuper praesente Iudice caedi debuerint, quod videlicet. Is ipse excessum, si qui forte committeretur, corrigeret. Ut ut vero in textu de *ligatione* nihil adjiciatur, memorant tamen Iudaeorum Magistri, quod reus per lictorem ambabus manibus ad columnam fuerit alligatus, ita quidem ut neque staret, neque sederet, sed inclinatus esset, usque ad pectus, juxta alios usque ad femora denudatus, ac loro taurino duplicato caesus, & quidem ex omnibus viribus, eodem lictore verba illa legis acclamante: *Si non observaveris, ut omnia &c. Deut. 28, 58-59. & c. 29, 9.* tandem vero finiente verbis Ps. 78, 8. Alii tamen tradunt, quod ab ipso iudice ferint prolata.)*

*(*Χαίεγυτες*. Dudum quippe animum contra haec talia praepararant, memores praedictionis & promissionis Magistri sui Opt. Max. Matth. 10, 17. 22. c. 5, 10. seqq. Conf. etiam 1. Petr. 4, 13. Iacob. 1, 2. ita ut habuisse videantur robur & aequum triplex circa pectus, ceu Poeta Venusinus loquitur. Quemadmodum igitur strenuus miles, si satis se muniverit, adeo non horret praelium, ut potius laetabundus aciem ingrediatur, ita idem cogitandum de Apostolis est. Caeterum eundem in aliis quoque martyribus historia commemorat Ecclesiastica. Vide Ignatii epistolae ad Romanos & Tarsenses, Eusebium lib. 5. Histor. Eccles. c. 1. alios. Conf. quoque in hanc rem Rittershus. lib. 6. Sacr. Le&. c. 17. Non sufficit vero exempla tam egregia admirari: sed adhibendum quoque studium est, quod fortiter, si res exegerit, possimus imitari. Cum primis vero crucem hilariter suscipiemus, ubi perpenderit *1. Patris nostri caelestis voluntatem*. Neque enim absque sapientissimo illius decre-

Note ad Cap. V. Actorum.

decreto crinis nobis evelli potest, Matth. 10, 30. 2. Christi praecursoris majestatem, Apostolorum item ac Martyrum hilaritatem. 3. Crucis ac calamitatum brevitatem s. jugi hujus suavitatem, oneris hujus levitatem, Matth. 11, ult. 4. utilitatem &c. De quibus prolixè in libb. practicis agitur. Vide B. Par. in Schola Pietatis, item in Aphorismis Pract. tit. Calamitates. B. D. Glassius Exeg. Evang. & Epist. Domin. Dn. D. Ioh. Olearius in Gymnasio Patientiae, Binchius Mellific. part. 5. p. 366. seqq. Scitè non minùs, quàm piè lacteo plenus eloquentiae flumine Lactantius lib. 5. de Justit. c. 23. *Cùm vexamur ac premimur, tum maxime gratias agere debemus indulgentissimo patri, quòd corruptelam nostram non patitur longius procedere, sed plagis & verberibus emendat. Ex quo intelligimus, esse nos Deo cura, quibus, quoniam peccamus, irascitur. Similiter & Augustinus in Psalm. 52. Si ipsum caput nostrum sine peracto labore in terra, in caelo regnare noluit, neque levare sursum corpus, quod deorsum accepit, nisi per tribulationis viam, quid audent membra sperare, capite suo magis se esse posse felicia? Non ergò speremus meliorem viam: quàm praecessit, eamus: quàm duxit, sequamur. Si enim à vestigio ejus aberraverimus, perimus.)**


(κατηξιώθησαν. Conf. Philipp. 1, 29.)

(v. 41. ὅτι ἐπ' αὐτοῦ. Neque enim plus curarunt infligere sibi verbera, quàm comminationes & verba.)

v. 42. Elegantissimum oxymorum, nam ἀξιώσαι & ἀλάζωσαι sunt contraria. Summa dignitas, propter Christum indignè tractari; ignominia piorum in hoc mundo est ipsorum gloria coram D E O. **(Vid. omninò hinc B. D. Glassius Rhet. Sacr. p. 569.)**

F I N I S.





3c 6499^o




ULB Halle 3
005 132 010



W17





Farbkarte #13

B.I.G.



2

GERHARDI,
 THEOLOGUS, b.m.
 OPERACIONES
 CONTRA
 PERSUM
 MENTUM
 U M,
 Analectis
 ERNESTIGER-
 D. & Prof. Publ.
Præside,
 Actuum Apostolicorum,
disquisitioni submitte
 S ALBERTI,
 Silesis-Saxo.
 Jun.
 o Theologico.
 N Æ,
 IUS SENGENVALD.
 M.DC. LXX.

